HORACE

Q. HORATI FLACCI

OPERA

RECENSVERVNT

O. KELLER ET A. HOLDER

VOL. I

CARMINVM LIBRI IIII EPODON LIBER CARMEN SAECVLARE

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXIV

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEVBNERI

Q. HORATI FLACCI

CARMINVM LIBRI IIII EPODON LIBER CARMEN SAECVLARE

RECENSVIT

OTTO KELLER

FRIDERICO RITSCHELIO

PER QVINQVE LVSTRA

BONNAE ARTEM GRAMMATICAM EXIMIE PROFESSO

S.

PRAEFATIO

Quandoquidem uix ullus erit, quem fugiat, ab eis Horati editoribus, quicumque adhuc criticum apparatum exhibere contenderunt, meliorum codicum uarias lectiones haud ita esse descriptas, ut inde colligi possit, quae lectiones propter auctorum fidem aut recipiendae esse uideantur aut reiciendae: ea de causa ego cum Holdero amico, a FRIDERICO RITSCHELIO potissimum, praeceptore optimo, incitati, nouam Horati editionem curare eique criticum apparatum eis, qui adhuc in lucem prodierunt, perfectiorem adicere nobis proposuimus. Ad hunc igitur finem et manu scriptos aliquot libros Horatianos, qui hodie in Francogallorum et Heluetorum bibliothecis quibusdam adseruantur, ipsi contulimus et ab aliis, qui suas nobis collationes humanissime commiserunt, magnopere adiuti sumus et, ut ueterum quoque Flacci interpretum lectiones satis sciremus, praestantissimos eorum codices quam maxima potuimus diligentia descripsimus, denique, ubicumque apud alios scriptores Horatianum aliquid deprendimus, ea congessimus et, quicquid testimonii uice fungi posse arbitrabamur, ad modum Vergilii Ribbeckiani typis mandauimus.

Iam uero quos et quales codices Horatianos in huius uoluminis usum adhibuerim, paucis hic exponam: uberius de hoc capite Holderus meus disputabit.

A est codex Parisinus 7900ª saeculi VIIII (secundum Ottonem Iahnium, Hauthalium, alios) — X olim Puteaneus, hic illic rescriptus; deficit inde ab epod. 16, 26 usque ad epod. 17. 81; contuli ipse. Correcturae ab eo, qui codicem scripsit profectae et altera manus posterior facillime distinguntur,

B = codex Bernensis 363 saec. VIIII olim Floriacensis; desunt carmina 12 omnino, ex parte 21, bis exhibet c. IIII, 2, 1—32. 34—40. epod. 1, 1—4. 12, 1. 2; ordo carminum turbatus est, quode uide sis Orellii praefationem. Huius libri accuratissimam collationem a se ipso confectam H. VSENERVM possidere per C. Diltheium amicum certior factus adii uirum celeberrimum precibus, et ille mihi, qua semper excelluit humanitate, beneuole satisfecit. Itaque mihi eorum, qui huius codicis lectiones antea ediderunt, aliquot errores haud leuissimos licuit emendare.

F = liber archetypus codicum *φ* et *ψ*. Quaecumque enim lectiones his codicibus reperiuntur communes, signaui littera *F*. Apud Remenses quondam hunc librum fuisse probabiliter coniectauit Holderus.

γ = codex Parisinus 7975 saec. XI; desunt c. I 1, 1 — I 7, 4 et c. I 18, 15 — c. I 23, 5; ceterum expleuit has lacunas manus multo posterior; contuli ipse. Hunc librum olim in Henrici II regis Francogallorum bibliotheca priuata fuisse eo efficitur, quod in tegumento Dianae illius Pictauiensis monogramma DH additum est.

ε = codex Morellianus siue Einsiedlensis saec. X, ex carminibus nihil continens praeter IIII 11, 10 — IIII 13, 27; contuli ipse. Hic locus erit gratias agendi G. MORELLIO P. R., qui libro illo, cuius tamquam alter auctor extitit, benigne ad me misso fecit, ut, quod ibi inuenitur carminum fragmentum, tandem accuratius uulgaretur.

λ = codex Parisinus 7972 saec. X olim Mentellianus; contuli ipse.

π = codex Parisinus 10310 saec. X; contulit Holderus. Qui hunc librum scripsit, et neglegentem et indoctum fuisse apparet; praeualet autem id mendarum genus, quod solet esse ad dictata scribentium.

τ = codex Turicensis Carolinus 6 saec. X; desunt c. III 27, 56 — IIII 4, 5. c. IIII 9, 33 — IIII 11, 12. epod. 1, 19 — 9, 36. c. s. 21 — fin.; contuli ipse. Et hunc codicem ab homine indoctiore scriptum esse putauerim.

φ = codex Parisinus 7974 saec. X olim Puteaneus nitide quidem scriptus, sed a monacho parum erudito; contuli ipse.

ψ = codex Parisinus 7971 saec. X olim Floriacensis; contuli ipse.

u = codex Parisinus 7973 saec. X olim Danielinus; contuli ipse. Hunc codicem ex Benedictinorum quodam monasterio originem traxissē Holderus inde conclusit, quod in prima pagina adscriptum uidit: S. Benoist.

G = codex Gemblacensis collegii uetustus, Pulmanni G.

V = codex Blandinius qui dicitur uetustissimus.

Ex his codicibus selectis uarias lectiones in apparatum meum recepturus eram omnes; ceterum de G et V, nisi quae apud Pulmannum et Cruquium notata erant, nihil potui edere. Praeterea aliorum quoque codicum in huius uoluminis usum integras collationes partim ipsi fecimus, partim ab aliis confectas adhibuimus indeque eis locis, qui maioris mihi momenti esse uidebantur, uarias lectiones inuenies excerptas; codices autem sunt hi:

α = codex Barcinonensis siue Heinianus saec. X—XI; secutus sum collationem Ritterianam.

β = codex Bernensis 21 saec. X; secutus sum collationem Ritterianam.

δ = codicis nescio cuius [non Graeuiani] collatio Bielkiana, olim a Broukhusio facta. Hanc collationem perbonam, quam illustris uir, liber baro de BIELKE I. V. D., in locupletissima sua bibliotheca Horatiana, quae est Seidingstadtiae, ut κειμήλιον adseruat, precanti mihi officiose commisit et per eximiam illius liberalitatem longum tempus ea mihi licuit uti.

ϑ = codex Sangallensis monasteriensis 864 saec. XI; deficit inde a c. IIII 11, 36; secutus sum collationem Ritterianam.

μ = codex Montepessulanus saec. XII [non saec. VIIII quod alii adfirmauerunt]; contulit Holderus. Hic codex ut publice Parisios deferretur, non sine multis difficultatibus MICHELANTI opera effectum est, uiri plurimis certe Germanorum philologis optime noti, neque magis inde, quod in ueteribus Francogallicis litteris merito uersatissimus habetur, quam insigni illa comitate, qua in imperiali bibliotheca nostrates assolet amplecti: nos quidem ei gratiam habere numquam desinemus.

ρ = codex Parisinus 8072 saec. X—XI olim Thuaneus; desunt

c. I 1, 1 — I 19, 9. II 5, 11 — III 2, 18. epod. 4, 4 — c. s. fin.; contuli ipse.

σ = codex Sangallensis oppidanus 10 saec. X; desunt epod. 17 et carm. saec.; contuli ipse usque ad c. IIII 12 in., unde Ritterus eum conferre coepit.

g = codex Gothanus B 61 saec. XV; desunt c. III 10, 4 — 15, 16; secutus cum collationes a Rittero et a Paulyo factas.

h = codex Parisinus 7976 saec. XI; contuli ipse.

k = codex Parisinus 10403 saec. XI, continens nihil nisi epod. 5, 99 — 10 inscript.; contulit Holderus.

n = codex Parisinus Nostradamensis 184 saec. XI; contulit Holderus.

p = codex Parisinus 8214 saec. XIII; contuli ipse.

s = codex Parisinus Sorbonensis 1578 saec. XII; contulit Holderus.

v = codex Parisinus 8213 saec. XIII; contulit Holderus.

Huic numero accedunt *q* et *r* et *Argentoratensis II.*

q = codex Parisinus 8216 saec. XIIII propter Mauorti subscriptionem a me inspectus et hic illic excerptus.

r = codex Parisinus 9345 saec. XI, adhibitus in carmine saeculari, ubi quinque nostrorum codicum deficiunt; contulit Holderus.

Argentoratensis II = Oberlini B, quem intercedente F. G. BERGMANNO uiro doctissimo accepimus, quia sero in manus nostras uenit, nisi perpaucis locis adhibere nolui. Est autem saec. XI et stirpis *ABλ*. Contulit eum Holderus.

Horum codicum maximam partem Francogallicae originis esse ne quis miretur: ineunte medio aeuo apud Gallicos potissimum monachos Benedictinos in describendo Horatio industriam positam esse constat; in Italia autem praeter unum undecimi saeculi codicem nullos sese inuenisse antiquiores libros Horiatianos adfirmauerunt REIFFERSCHEIDIVS DETLEFSENVS TH. MOMMSENVS.

Nunc ad scholia transeamus.

Acr. = scholia codicis *A* [Pseudoacronis] saec. VIIII — X, desunt epod. 15, 1 — 17 fin.; contulit Holderus. Sed cum lemmata et interpretationes saepenumero inter se discrepare animaduertissem, lemmata aliter atque interpretatio-

nis textum signare statui. Itaque *Acr.* sunt interpretationes schol. *A*, *Ac.* autem lemmata schol. *A*.

Eadem de causa apud Porphyrionem interpretationes et lemmata distinxi.

Porph. = interpretationes codicis Monacensis Lat. 181 saec. VIIII — X, *Pph.* = eiusdem libri lemmata. Hunc maximi momenti codicem ipse contuli: ut mihi per MARCVM IOSEPHVM MÜLLERVM, uirum doctrina ac liberalitate pariter excellentem, traderetur, factum erat PATRIS carissimi professoris Tubingensis opera, qui et libris procurandis et commendationibus labores nostros plurimum adiuuit. Praeterea contulit Holderus *scholia codicum γλφ* et *expositionem metricam schol. γ* (quam et ipse contuleram) et *florilegia Parisina duo.*

Congessimus etiam cum aliorum grammaticorum tum Seruii testimonia, cuius lectiones leuioribus locis secundum THILONIS collationes humanissime mihi communicatas laudaui.

Inter hos, quos memoraui, auctores prae ceteris fidem tribuendam esse duxi codicibus γπτ, Porphyrioni, Pseudoacroni et expositioni illi metricae; sed hac de re uide sis praefationem alteram, quae Germanice scripta in museo Rhenano extat. Ibidem cur paucas modo coniecturas in textum, plurimas ne in apparatum quidem receperim, interpolationes autem nullas statuerim, demonstrare conatus sum.

De orthographia uero aliquid addere tantum non piget. Nam primum quidem antiquiores codices *ABτ*, quos in scribendis uerbis a scholiastarum rationibus minus pendere cognoueram, ubique mihi proposueram sequi: sed cum hi ipsi secum parum constarent, ne mihi quidem perfectam quodammodo constantiam licuit seruare. Deinde eas formas, quae quamuis olim certe Latinis usitatae ut penitus extinguerentur librarios operam dedisse uidi, ubique restituendas esse censui. Denique quicquid Ritschelius Fleckeisenus Ribbeckius alii nuperrime in orthographia profecerunt, in hac

Flacci editione non potui non respicere. Scripsi igitur paelex, Paelignus, harena, erus, umerus, umor, discribere, uoltus, uolgus, fuluos, neruos, saeuos, aequos, flauom, oblicum, apstinens, opsessus, opsoletus, optigit, querqueta, Danuuius.

Sed iam satis superque hic iterum praefatus esse mihi uideor; itaque i nunc liber et

fuge quo descendere gestis.
non erit emisso reditus tibi. 'quid miser egi?
quid uolui?' dices, ubi quid te laeserit; et scis
in breue te cogi, cum plenus languet amator.

Q. HORATI FLACCI

CARMINVM

LIBER PRIMVS

I

Maecenas atauis edite regibus,
o et praesidium et dulce decus meum:
sunt quos curriculo puluerem Olympicum

TESTIMONIA.

CARMINVM I 1. 1 sq. Fortunatianus p. 2675 ed. P. (p. 316 Gaisf.) 1 Porphyrionis uita Horati (cod. Monac.) Caesius Bassus de metris I 1 p. 302 G. Plotius 7, 16. 17 Diomedes p. 508 ed. K. 510. 518. 519 Terentianus p. 2442 ed. P. 2443 Victorinus p. 2594 ed. P. 2598 Fortunat. 2681. 2682. 2700. 2703. 2704 Augustinus de musica V 6, 12. V 13, 27 'prima ode . . . Maecenas — regibus' Victorinus de metris Horatianis 2609 'in prima ode: Maecenas — regibus' Victorinus de metr. Hor. 2617 praemisso '. . . principium primae odes' Acr. ad c. III 29, 1 praem. 'simile . . . est hoc (primae) odes principium' Porph. ad c. III 29, 1 cf. 'atauis editus regibus' Ioannes Saresberiensis Policr. VIII 15 'atauis edite regibus' S. Thomae epist. 75 (Thomae opp. ed. Giles III 178) 'edite regibus' Diomed. 509 2 Seruius ad georg. II 40 3 sqq. '. . . in exordio primi libri diuersis studiis dixit homines occupatos' sch. λφ ad c. III 1, 1 3 sq. 'sunt — iuuat' schol. Statii Theb. IIII 261

VARIA LECTIO.

CARMINVM I 1. Ↄ. AEMILIVM. AD MECENATEM *A* C̄. ‖ AEMILIV̄. AD MAECENA‖TEM. VARIO HOMINVM SCRI‖BIT OFFICIO. PRAGMATICE‖ MONOCOLOS *B* Q. HORATII FLACCI CARMINVM LIBER PRIMVS INCIPIT. HAC ODE MECENATEM ALLOQVITVR *F* Q. HORATII FLAC‖CI CARMINV̄ ‖ LIBER PRIMVS ‖ INCIPIT I. HAC ‖ ODE MECENA‖TEM ALLOQVIT‖VR λ AD MECENATEM τ *cod. γ deficit usque ad c.* 7, 4. *codicum πu titulos typis exprimendos non curaui: idem esse solent, quos reperimus in F*
uu. 1. 2 *delebant G. Hermannus aliique; post u.* 36 *positos uoluit Hanowius* 1 Mecenas *AFτu* Maenas *πι* 2 presidium *F* *uu.* 3—5 *del. Peerlkampus* 3 olimpicum *Aτφpr.u*

collegisse iuuat, metaque feruidis
euitata rotis palmaque nobilis
terrarum dominos euehit ad deos;
hunc, si mobilium turba Quiritium
certat tergeminis tollere honoribus;
illum, si proprio condidit horreo
quicquid de Libycis uerritur areis.
gaudentem patrios findere sarculo
agros Attalicis condicionibus
numquam dimoueas, ut trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta secet mare:
luctantem Icariis fluctibus Africum
mercator metuens otium et oppidi
laudat rura sui: mox reficit ratis
quassas, indocilis pauperiem pati.
est qui nec ueteris pocula Massici
nec partem solido demere de die
spernit, nunc uiridi membra sub arbuto

TESTIMONIA.

4 sq. 'metaque — rotis' Seruius ad Aen. XI 195 13 sq. Donatus ad Terent. adelph. II 2, 22 21 sq. 'membra — stratus' Porph. ad serm. I 1, 5

VARIA LECTIO.

4 moeta *τ* 5 Euiata *A* & uitata *B* si uitata *Withofius* 6 euehere *Bentleius* quae euehit *Hamacher* *uu.* 7—10 *del. Linkerus* 7 nobilium *π*(*superscr.* m)*τuA*2*Buar.λ*2*φ*2*ς*[‘mobilium. *sic habent* 4 *codd. Blandinii. reliqui* nobilium' *Cruquius*] *recte etiam G Acr. Porph. sch.F* quiritum *B* 8 Certet *uχ* *uu.* 9. 10 *del. Peerlk.* 10 libicis *ABτφpr.* lybicis *λψφcorr.* 12 ā talicis *B* atalicis *u* conditionibus *Aλπu* 13 Nunquam *Bψ* demoueas *Bω* [dimoueas *omn. codd. Cruquii*] cipria *A Ac. Acr.* cyprea *Pph. sed* cypriis (= cupriis) *Porph. i.t. Acr. I uero* Cypria *legisse putandus est* 14 Mirtoum *Aπu* Myrtor̄ *B* pauidus] trabibus *B* impauidus *Peerlk.* 15 icariis *AB* icareis *Fλπτu* affricum *τ* 16 Maercator *λ* ocium *ψ* opidi *τ*
17 laudat tuta sui *Acidalius et Bentl.* *cf. mus. Rhen.* 1863, 271 ruri *A*1 ratis *λ pr. χ* rates *cett.* 20 dedie *ABλτψχ: sed, quaecumque huiusmodi in codicibus nobis occurrerunt, non descripsimus*
21 menbra *λψu*

stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.
multos castra iuuant et lituo tubae
permixtus sonitus bellaque matribus
detestata. manet sub Ioue frigido
uenator tenerae coniugis immemor,
seu uisa est catulis cerua fidelibus
seu rupit teretes Marsus aper plagas.
me doctarum hederae praemia frontium
dis miscent superis, me gelidum nemus
Nympharumque leues cum Satyris chori
secernunt populo, si neque tibias
Euterpe cohibet nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.
quodsi me lyricis uatibus inseres,
sublimi feriam sidera uertice.

TESTIMONIA.

24 sq. 'Hor. carminum libro I: bellaque — detestata' Priscianus VIII 19 25 schol. Statii Theb. III 377 25 sq. 'manet — uenator' Seruius ad georg. I 418. Aen. VI 273. VIIII 670. schol. Stat. Theb. II 204 33 sq. 'nec — barbiton' Charisius 266

VARIA LECTIO.

22 S*tratus* *τ* lene caput sacrae] ///capud/// *u* lenę *τ* 25 detestanda *y*(*Paris.* 8219) *sch.Stat.* 26 ım̄emor *B* inmemor *π*1 *uu.* 27 *sq. del. Hanowius et Linkerus* 29 me] te *Hareus et Broukhusius. illud defend. Bernhardyus* (*Roman. litt. hist.*[4] 258) hedere *u* he////[dere] *A* premia *F* *uu.* 30. 31 *del. Linkerus* *u.* 30 *del. Peerlk.* Diis *AFλπcorr.τu* te *Broukhusius* 31 Nimpharum *τ* Ninpharum *u* satiris *A* saturis *Acr.* 32 Secernent *χ*(*μn*1?) Sacer nc̄ *B* si] sic *nescio quis* 33 polyhymnia *A*'*V*' [' ***sic habent codd. Bland. uetustissimi*' *Cr.*] *sch.φ sch.μ* polyymnia *B* poliymnia *F* polihymnia *λ* polymṇia *τG* polinnia *u* poli[y]nia ·/ym *π* 34 Lesb: *refugit* t: *u* *uu.* 35 *sq. del. G. Hermannus et Linkerus* *u.* 35 *del. Peerlk.* ał si me melicis *sch.λφ* memet *τ* liricis *A* inseris *Fλπuχ*(*βδϑσgnqsv Orelli cd*) inseres *ABτGχ*(*αμhp*) [2 ***Bland.***] *Ac. comm. cf. Auson. idyll.* 8, 50 *sq.: Illum ego si cernam, tunc terque quaterque beatus, tunc ero bis consul, tunc tangam uertice caelum* 36 sublimis *Fea Porphyrionem se sequi affirmans* sydera *τ*

II

Iam satis terris niuis atque dirae
grandinis misit pater et rubente
dextera sacras iaculatus arces
terruit urbem,
terruit gentis, graue ne rediret
saeculum Pyrrhae noua monstra questae,
omne cum Proteus pecus egit altos
uisere montis,
piscium et summa genus haesit ulmo,
nota quae sedes fuerat columbis,
et superiecto pauidae natarunt
aequore dammae.

TESTIMONIA.

I 2. 1—4 Fortunat. 2680 sq. 2701 'secunda ode: iam — urbem' Victorin. de metr. Hor. 2610 1 sq. 'iam satis niuis misit pater' Eugraphius ad Terent. Andr. V 3, 32 1. 4 Mallius Theodorus 4, 11 sq. ed. Gaisf. 'secunda ode: iam — dirae; terruit urbem' Diomed. 519 '. . . in secunda ode cuius initium est: iam — dirae; terruit orbem' Victorin. 2564 1 Caesius Bassus de metr. I 2 p. 302 Diomed. 508 Augustin. de mus. IIII 18 Fortunat. 2684. 2699 Victorin. 2603. 2604 id. de metr. Hor. 2621 'secunda ode libri primi carminum cuius initium: iam — dirae' Victorin. d. m. H. 2620 4 Diomed. 506. 511. 512. 516 Victorin. 2564. 2618. 2619 de metr. Hor. 2621 Fortunat. 2691 Sergius in Donat. 36 7 sq. Seruius ad Aen. I 435 'Horatius carminum primo libro: omne — montes' Eutyches 2145 10 Victorin. 2605 11 sq. Seruius ad Aen. V 122 ad georg. III 539 'Hor. in I carminum: et — dammae' Prisc. V 7 'superiecto — dammae' Seru. ad ecl. 8, 28

VARIA LECTIO.

I 2. AD DIVVM AVGVSTVM *AB* PROSEVTICE TETRACOLOS AD AVGVSTVM *Fτ* (*sed in τ euanuerunt plurimae litterae*) PROSEVTICE (H *supra*) TETRACOLOS AD DIVV̄ AVGVSTV̄ *λ* 1 terris] tetrae *Dan. Heinsius* dire *u* 4 urbes *Sergius* orbem *πuar. Diomedis unus codex p.* 511. 512. 516. 519 *Victorinus* *uu.* 5—12 *del. Peerlk.* 5 gentes *Fλπτu* 6 Seculum *Fλu* pyrrae *Fπ Porph.* pyrre *τ* phirrę *B* pirrae *u* questę *A* (questa *A*1?) qu///estae *φ* 7 amne *Seyffertus* proteus *π* protheus *cett. Ac. sch. Fλ* ęgit *F* 8 montes *uφ*2 *uu.* 9—12 *del. Buttmannus* (*mythol.* II 364) *Hauptius Linkerus alii* 9 hesit *Aτu* ul///mo *τ* (ultimo *τ*1?) 10 Notaq, *B* palumbis *Porph. y*(*mss. Horati apud Bentleium et Valartium*) *Fea* palumbis *π* columbis *cett. Victorin.* 11 super iacto *Fπτ* 12 dampmae *φ ante ras.*

uidimus flauom Tiberim retortis
litore Etrusco uiolenter undis
ire deiectum monimenta regis
templaque Vestae,
Iliae dum se nimium querenti
iactat ultorem, uagus et sinistra
labitur ripa Ioue non probante u-
xorius amnis.
audiet ciuis acuisse ferrum,
quo graues Persae melius perirent,
audiet pugnas uitio parentum
rara iuuentus.
quem uocet diuom populus ruentis
imperi rebus? prece qua fatigent
uirgines sanctae minus audientem
carmina Vestam?
cui dabit partis scelus expiandi
Iuppiter? tandem uenias precamur
nube candentis umeros amictus,
augur Apollo;

TESTIMONIA.

15 Victorin. 2605 20 Seru. ad Aen. I 273 26—28 'preceque fatigent — Vestam' schol. Statii Theb. II 244 IIII 633 26 sq. 'prece — audientem' schol. Pers. 2, 3 26 'qua prece fatigent' sch. Stat. Theb. VIIII 723

VARIA LECTIO.

13 tiberim rethortis flauum *τ* flauom *Fπ1* flauum *rell.* 14 Littore *A* 15 monimenta *Fλπu* monumenta *ABτ Ac. Acr. Porph. sch. Fλ Victorinus* *uu.* 17—24 *del. Peerlk.* 17 quaerenti *A* 18 ultorem] uelorum *Fλ* ultorē *π* ultorum *τ* senistra *B* 19 *sq.* probante | Uxorius *Ωςω* 20 annis *u* *uu.* 21—24 *del. Hauptius* 21 ciues *Fτu* 22 per se *A1* 23 uicio *λτ* 25 uoces *Pph. opp. Porph.* diuum *Ω* 26 Imperii *ABτu* Imperi/// *λ* prece — *u.* 30 tandem *del. Peerlk.* prece *A* 27 sacrae *sch.Pers.* 29 partis *Bπpr.χ* parti *A1* partes *A2 rell.* expiandū *τ* 30 Iupiter *Fλ* 31 candentis *ABFλπτχ Ac.* candenti *Gχ*(*δ1σ et aliquot codd. Feae*)*ω commentator Cruquii Acr.* (*interpr.* '*candidis nubibus uelatus*') candentes *uχ* [candenteis *omn. codd. Cr.*] umeros *A Ac.* u· *Pph.* humeros *cett.* 32 Augor *ψ* Agur *τ*

siue tu mauis, Erycina ridens,
quam Iocus circum uolat et Cupido;
siue neclectum genus et nepotes
respicis, auctor
heu nimis longo satiate ludo,
quem iuuat clamor galeaeque leues
acer et Mauri peditis cruentum
uoltus in hostem;
siue mutata iuuenem figura
ales in terris imitaris, almae
filius Maiae, patiens uocari
Caesaris ultor:
serus in caelum redeas diuque
laetus intersis populo Quirini,
neue te nostris uitiis inicum
ocior aura
tollat: hic magnos potius triumphos,
hic ames dici pater atque princeps,
neu sinas Medos equitare inultos
te duce, Caesar.

TESTIMONIA.

42 Victorin. 2604 45 Victorin. 2605 51 sq. Porphyrionis uita Horati post med.

VARIA LECTIO.

33 ericina *ABφu* ericida *ψ*1 *u.* 34 *del. Peerlk.* Iocus] iouis *τ* 35 neclectum *B* neglectum *cett. Ac. Porph.* 37 longuo *φpr.χ* saciate *τφ* *uu.* 38—40 *del. Peerlk. sed iam Silius It.* VIIII 555 *et Valerius Flaccus* III 85 *hunc locum uidentur imitati esse* 39 Mauri] Marsi *Tan. Faber et Bentl. sed cf. Vergil. Aen.* IIII 40: *Gaetulae urbes, genus insuperabile bello* peditis cruentum] peditem ruentis *Ferd. Hitzigius* cruentem (v *supra*) *λ* 40 Voltus *F* Vultus *rell.* 44 Cesaris *τu* 45 celum *λu* 46 Letus *u* 47 uiciis *τ* iniquem (v *supra*) *ψ* iniquum *rell.* 48 auro (ła *supra*) *B* 50 hīc = hinc *B* 51 ęquitare *Aπ* 52 cesar *u*

III

Sic te diua potens Cypri,
  sic fratres Helenae, lucida sidera,
uentorumque regat pater
  obstrictis aliis praeter Iapyga,
nauis, quae tibi creditum
  debes Vergilium, finibus Atticis
reddas incolumem precor
  et serues animae dimidium meae.
illi robur et aes triplex
  circa pectus erat, qui fragilem truci
commisit pelago ratem
  primus, nec timuit praecipitem Africum
decertantem Aquilonibus,
  nec tristis Hyadas, nec rabiem Noti,

TESTIMONIA.

I 3. 1 sq. Terentian. 2443 Plotius 8, 2 Fortunat. 2701 'tertia ode: sic — sidera' Diomed. 519 'tertia ode lyricorum asmatum: sic — sidera' Victorin. de metr. Hor. 2611 1 Caesius Bassus de metris I 3 p. 303 Diomed. 509. 512 Victorin. 2566. 2594. 2617. 2619 Donat. ad Ter. ad II 2, 22 Mallius Theodorus 4, 19 4 Seru. ad Aen. VIII 710 5—7 Seru. ad Aen. II 260 5 sq. 'nauis quem tibi — Vergilium' Porph. ad c. I 24, 11 6 sq. 'finibus — precor' Seru. ad Aen. VI 18 8 Acr. ad c. II 17, 5 schol. Pers. 5, 22 'bene quidam dixit de amico suo: dimidium animae meae' Augustin. confess. IIII 6

VARIA LECTIO.

I 3. AD NAVEM *A* PROSPHONETICE (PROSPHENETICE *λ*) DICOLOS VIRGILII *Fλ*, *add. λ* ALITER NAVEM PROSEQVITVR, QVA VIRGILIVS ATHENIS VEHEBATVR *λ* AD NAVEM, QVA VIRGILIVS ATHENAS NAVIGAVIT (NAVIGAVIT ATHENAS *λ*) ALIT̄ (*om. τ*) NAVEM PROSEQVITVR, QVA VIRGILIVS (VIRGILI *λ*) ATHENIS VEHEBAT̃ *λτ*; *sed τ haec uerba non ut inscriptionem uerum ut primos huius carminis uersus protulit. oden omisit B* 1 patens *Diomedis codd.* cipri *Aψu* 2 helene *λu* elenae *τ* sydera *τ* 3 pater regat *τ* 4 alis *πpr.τ* *idem pro uaria lectione exhibet sch.φ* preter *F* iapiga *Aτu* 6 uirgylium *ψ* uyrgilium *φ* uirgilium *rell.* (*sed* uergilio *Porph.*) ut finibus *Doederlinus sed cf. mus. Rhen.* 1863, 271 aticis *ψ* 7 Redas *ψ* incolumen *λ* 8 et] Vt *χ* 9 rubor *ψpr.* 10 fragile *τ* 12 precipitem *ψ* 14 tristes *Fπτu* hiadas *Aλτu* nothi *FπτuA2*

quo non arbiter Hadriae
  maior, tollere seu ponere uolt freta.
quem mortis timuit gradum,
  qui siccis oculis monstra natantia,
qui uidit mare turgidum et
  infamis scopulos Acroceraunia?
nequiquam deus abscidit
  prudens Oceano dissociabili
terras, si tamen impiae
  non tangenda rates transiliunt uada.
audax omnia perpeti
  gens humana ruit per uetitum nefas:
audax Iapeti genus
  ignem fraude mala gentibus intulit;
post ignem aetheria domo

TESTIMONIA.

20 schol. Stat. Theb. I 333. III 121. VI 155 'Ceraunia sunt montes Epiri, a crebris fulminibus propter altitudinem nominati. unde Hor. expressius dixit Acroceraunia propter altitudinem et fulminum iactus' Seru. ad Aen. III 506   21 Abbo Floriacensis, quaest. grammat. c. 7 (auct. class. Mai V 336)   23 sq. 'si — uada' Seru. ad Aen. I 603   29—31 Seru. ad ecl. 6, 42

VARIA LECTIO.

uu. 15—20 *del. Guietus et Peerlk.*   15 hadrie *λ* adriae *φ*   16 seu] se *τ*   uult *Aτu*   extollere *Fλcorr.*   18 sicis *λ1* rectis *Bentl.* fixis *Cuninghamus opp. Ac. Acr. Pph. et cf. Hom. Il. N* 88 *sq. Sen. Herc. Oet.* 1268 *sq. 'Quis dies fletum Herculis, quae terra uidit? siccus aerumnas tuli'*   occulis *ψ*   nataucia *λ*   19 turgidum *FπuGλuar.ς(βδϑμ σgpr.nv) Ac. Acr.* turbidum *Aλτ V[omn. Bland.]χ(αhps1)*   20 Infamis *Aχ Pph.* Infames *rell.*   scopulosa crocerauniae *F*   acroceraunia *Au Ac. Seru. cons. sch. λφς* achroceraunia *τχ* ceraunia *Porph.* alta ceraunia *sch. Stat.* acrocerauniae *Fπχ* acroceraunie *λ*   21 Nequicquam *ψ1uχ Ac. Abbo* Nequa///quam *λpr.* Nequiquam *Pph.*   22 dissociabile *y Cuninghamus ex coniectura,* dissociabiles *Gualterus Bentl. Marklandus, sed est enallage, figura Horatio usitatissima*   23 inpiae *λ* impie *A1τu*   *uu.* 25—36 *del. Peerlk.*   25 audax] atrox *Botheus, sed cf. Sen. Med.* 301 *sqq. 'Audax nimium qui freta primus rate tam fragili perfida rupit etc.' Stat. silu.* 2, 64: *Audax ingenii etc.*   28 gentubus *A pr.*   29 aetherea *y Seruius Danielis* etheria *u* caelesti *φ2*   domu *Fea*

subductum macies et noua febrium
terris incubuit cohors,
semotique prius tarda necessitas
leti corripuit gradum.
expertus uacuum Daedalus aera
pinnis non homini datis;
perrupit Acheronta Herculeus labor.
nil mortalibus arduumst;
caelum ipsum petimus stultitia neque
per nostrum patimur scelus
iracunda Iouem ponere fulmina.

IIII

Soluitur acris hiems grata uice ueris et Fauoni,
trahuntque siccas machinae carinas,

TESTIMONIA.

34 sq. Seru. ad Aen. VI 15

I 4. 1 sq. Victorin. 2565 Terentian. 2448 bis Fortunat. 2684. 2699. 2701 'quarta ode: soluitur — carinas' Diomedes 519 'quarta ode libri primi . . . soluitur — Fauoni . . . trahuntque — carinas' Victorin. de metr. Hor. 2612 sq. 1 Caesius Bassus de metris I 4 p. 303 Diomed. 509 Seru. ad georg. II 330 Fortunat. 2682 Mallius Theodorus 4, 21 'soluitur — hiems' Charis. 82 Probus 1453 Plotius 11, 7 Phocas 1694 'uice — Fauoni' Diomed. 510. 514 'ueris et Fauoni' Plotius 5, 2 2 Diomed. 507 Victorin. 2591 id. de metr. Hor. 2618 Fortunat. 2704 bis

---

VARIA LECTIO.

30 sublatum *Pph. opp. Ac. Acr. Porph.* 31 chohors *λ* 33 Leti *A* Loeti *Fλπτu* 34 dedalus *Ω* 35 Pinnis A_1 *Ac.* Pennis *rell.* A_2 dantis *ψ* 36 Perrupitque *χ*($β_2ϑ_2s$) *Glareanus* [*opp. codd. Bland.*] acherunta *uχ* 37 Nihil $λ_1$*πa.r.τψχ* Nichil *φ* arduum est *G*$φ_2$*χ*(*g*) *Ac. Acr. sch. λ* ardui est *cett. V*[4 *Bland.*] 38 Celum *u* stulticia *τψ* stulticia | Neq, per *τ*

I 4. AD SESTERTIVM DEVERNO TEMPORE *A* PARANETICE DICOLOS SESTIO QVIRINO. QVI ET FESTVS DICTVS EST *F* PARANETICE DICOLOS AD SESTIV̄ QVIRINV̄ *λ* (AD PVBLIVM FESTVM *μ sch. λ*) *inscriptionem om. τ oden om. B* [ad L. Sextium *codd. Bland.*] [*'Ex 'V' restitui hanc oden diuisis suis modis et numeris, a nemine adhuc obseruatis nec cognitis, quod sciam. quae hunc in modum distingui et legi debet, διαρτήτως.* SOLVITVR acris hiems grata uice | Veris et Fauoni: | Trahuntque siccas machinae carinas || '*etc. Cr.*] 1 hiems *πχ Charisius* hiemps *cett.* fauonii *λa.r.*(?)*u*$ψ_2$ *opp. sch. λ* 2 Truduut *Oudendorpius* Torquent

ac neque iam stabulis gaudet pecus aut arator igni,
nec prata canis albicant pruinis.
iam Cytherea choros ducit Venus imminente luna,
iunctaeque Nymphis Gratiae decentes
alterno terram quatiunt pede, dum grauis Cyclopum
Volcanus ardens uisit officinas.
nunc decet aut uiridi nitidum caput inpedire myrto,
aut flore, terrae quem ferunt solutae;
nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis,
seu poscat agna siue malit haedo.
pallida Mors aequo pulsat pede pauperum tabernas
regumque turris. o beate Sesti,

TESTIMONIA.

Mallius Theodorus 5, 4 cf. Plotius 5, 14 'machinae carinas' Diomed. 511. 515 4 'deriuatione quoque fiunt uerba, quae grammatici paragoga nominarunt, ut dicimus — campique ingentes ossibus albent, quod satis crispa inflexione Horatius albicent dixit' Martianus Capella V 51 p. 439 Kopp. Contra: 'albico, as, item Hor. carminum libro I: nec prata canis albicant pruinis' Eutych. 2169 'Hor. in I carminum: nec — pruinis' Prisc. VIII 30 'canis albicat ora pruinis' schol. Stat. Theb. I 512 5 cf. Plotius 11, 5: 'iam Cytherea choros Venus dat' 7 sq. Plotius 11, 7 11 sq. 'Faunus immolare siue malit se' Plot. 5, 6 12 'faciam uitula ait ut faciam ture, ut faciam agna Hor.: seu — haedo' Seru. ad ecl. 3, 77 'seu poscat agna seu malit' Plotius 9, 6 13 sq. 'pallida — turres' Vincentius Bellouacensis specul. VII 70 cf. 'pauperum tabernas regis o beate regumque turris' Plot. 8, 10 13 florilegium Parisinum 8069 Hildebertus moral. philosoph. p. 988 '. . . nam et carminum auctores: pallida — tabernas' Quintilianus instit. VIII 6, 27 'pallida — pede' schol. Pers. 3, 115 'pauperum tabernas' Plot. 5, 5

VARIA LECTIO.

Waddelius Ducunt *editio Ascensiana* 1519 sicas λ machine *A* (*uirgulam infra* e *euanuisse puto*) 4 albicent *Martianus* 5 citherea *A* chiterea *u* iminente *A* (*lineolam supra* i *euanuisse puto*) inminente *Fλπu* 6 Iuncteque *AFλ* nimphis *AFπpr.τu* ninphys λ 7 graues *Fτu* ciclopum *Aπu* cycoplum ψ1 8 Vulcanus *Aλτu* uisit *Aλχ* (*hφuar.*) *praetulerunt Bentleius Oudendorpius alii* ussit *vuar.* ussit *uel* iussit *Ploti codd.* arsit *χ*(*p*) urit *FτuAuar.λuar.ς* u//r//it *π* 9 inpedire λ īpedire *τ* mirto *Aτφ* 11 in *om. F* inmolare λ 12 agna *AFλτuG Seruius Victorini codex* agnam *πpr.χ*(*αgnpv*) [2 *Bland.*] *Pph. Porph. i.t. Victorini cod.* hedo *Fπτu* hedos *χ*(*np*) haedos *y* haedum *y* 13 equo *Aψ* paup: tab:] p. et tabernas *Pph.* pauperum] omnium *florileg.* 14 turris *Aπ Plotius* turres *rell.*

uitae summa breuis spem nos uetat inchoare longam.
  iam te premet nox * fabulaeque Manes
et domus exilis Plutonia: quo simul mearis,
  nec regna uini sortiere talis,
nec tenerum Lycidan mirabere, quo calet iuuentus
  nunc omnis et mox uirgines tepebunt.

V

Quis multa gracilis te puer in rosa
perfusus liquidis urget odoribus
  grato, Pyrrha, sub antro?
    cui flauam religas comam,
simplex munditiis? heu quotiens fidem
mutatosque deos flebit et aspera
  nigris aequora uentis
    emirabitur insolens,
qui nunc te fruitur credulus aurea,
qui semper uacuam, semper amabilem

TESTIMONIA.

15 Hildebertus moral. philosoph. p. 990

I 5. 1—4 Fortunat. 2680 Terentianus 2445 'quinta ode . . . quis — comam' Victorin. 2613 'quis — comam. quinta ode' Fortunat. 2702 1. 3 sq. Victorin. 2600 'quinta ode: quis — rosa; grato — comam' Diomed. 519 sq. 3 sq. Augustin. de musica IIII 17, 35 3 Victorin. 2592 Fortunat. 2697 Mallius Theodorus 4, 18 4 Fortunat. 2697 5—9 Donatus ad Terent. eunuch. V 9, 8

VARIA LECTIO.

15 suma *A*1 incoare *τ* inchoare *rell.* (addere *Hildebertus*) 16 pręmet *A* fabulaeque et manes *χ* (*αση*) fabulęq; manes (*˟inanes*) *μ* fabulam atque manes *Peerlk.; sed cf. anth. L.* 1703, 10 '*Fabulas manes ubi rex coercet.' Vt nos etiam Ω Ac.* (*manes Acr.*) *Pph.* fabuleque *u* 17 exilii *Heinsius* 19 lycidam *φ* lucidā *τpr.* licidam *Aλ* licidā *ψuτcorr.* 20 Nunc. oms (= omnes) *Fτ*

I 5. AD PIRRAM MERETRICEM *A* PROSPHONETICE TETRACOLOS AD PYRRAM *Fλ* *inscriptionem om. τ* *oden om. B* 1 Qui *y* (*expos. metr. codicis Franekerani*) *non improb. Peerlk.* 2 urguet *χ* 3 pyrrha *λ* pyrra *Fτu Diomedes* pirra *A* 5 mundiciis *πτ* quociens *λ* 7 equora *πφu* 8 Mirabitur *χ* ut mirabitur *Bentl.* 10 senper uacuam semper *λ*

sperat, nescius aurae
fallacis. miseri, quibus
intemptata nites. me tabula sacer
uotiua paries indicat uuida
suspendisse potenti
uestimenta maris deo.

VI

Scriberis Vario fortis et hostium
uictor Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox nauibus aut equis
miles te duce gesserit.
nos, Agrippa, neque haec dicere nec grauem
Pelidae stomachum cedere nescii,
nec cursus duplicis per mare Vlixei

TESTIMONIA.

11 sq. 'aurae fallacis' Acron ad c. II 8, 24
I 6. 1—4 Terentian. 2443 Fortunat. 2703 'sexta ode . . . scriberis — gesserit' Victorin. de metr. Hor. 2613 1. 4 'sexta ode: scriberis — hostium; miles — gesserit' Diomed. 520 1 sq. 'scriberis — uictor' Seru. ad ecl. 9, 35 1 Seru. ad georg. III 6 'In Horat. I carminum: scriberis — fortis' Probus 1415 'scriberis Vario' Seru. ad Aen. I 440 6 Charis. 271 Claudius Sacerdos I 114 Seru. ad Aen. XII 527 'pelidae stomachum' Diomed. 450 7 Acron ad epod. 16, 60 'Hor. in carminum primo: nec — Vlixei' Priscian. I 53. VI 92

VARIA LECTIO.

11. 12. 13. Sperat nescius aurae fallacis | Miseri quibus intemptata (interpretata *τ*) nites. me tabula sacer | Votiua *etc. Fπτu2* *u.* 13 *om. λ1u1* 14 uuida *Aλπ1τuV*[*codd. Bland.*] *Ac. bis Pph.* humida *Fχ(v)ω Porph. quod ex interpretationibus ortum esse iam Pulmannus uidit* 15 *sq.* Suspendisse potenti uestimenta | Maris deo *Fτ*

I 6. AD AGRIPPAM *A* YPOTETICE TETRACOLOS AD AGRIPPÃ EXCVSATIO CVR DE REBVS NON SCRIBAT *F* HYPOTHETICE TETRACOLOS AD AGRIPAM *λ* ADLOQVIT̄ VISPANIVM AGRIPPAM *τ* *oden om. B* 1 uario, *sed* i *in ras., A* 2 meonii *Fλτ* aliti *Passeratius* alite *pro ablatiuo accipiunt Acr. Peerlk.* 3 qua rem *e codd.* (?) *Mureti Bentl. opp. Porph.* 4 gesseris *Peerlk. Gruppeus* 6 Pelide *τ* decedere nescit *Seruius Dan.* 7 duplicis *Fλ1πτGς(β1δϑσghns* dupp: *μ*) *Porph. Acr. I ut puto* duplices *Auιχ Ac. Pph. Acron ad ep.* 16 *i. t. Priscianus* [dupliceis *omn. codd. Cr.*] reducis *Bentl.*

nec saeuam Pelopis domum
conamur tenues grandia, dum pudor
inbellisque lyrae Musa potens uetat
laudis egregii Caesaris et tuas
culpa deterere ingeni.
quis Martem tunica tectum adamantina
digne scripserit aut puluere Troico
nigrum Merionen aut ope Palladis
Tydiden superis parem?
nos conuiuia, nos proelia uirginum
sectis in iuuenes unguibus acrium
cantamus, uacui, siue quid urimur,
non praeter solitum leues.

VII

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mytilenen

TESTIMONIA.

13 sq. 'Hor. in I carminum: quis — scripserit' Prisc. XVIII 97 17 sq. 'non proelia — acrium' schol. Iuuenal. 6, 366

I 7. 1—4 Victorin. 2565 'talis carminibus Flacci reperitur epodos: laudabunt — Tempe' Terentian. 2430 1—3 'laudabunt — moenia' Fortunat. 2703 'septima ode: laudabunt — moenia' Victorin. de metr. H. 2614 1 sq. Victorin. 2621 'in primo carminum: laudabunt — Corinthi' Victorin. de m. H. 2619 'septima ode: laudabunt — Corinthi' Diomed. 520

VARIA LECTIO.

8 seuam *AFλπ* polopis *τ* 9 tenuis *Fπ* 10 Imbellis *Au* lirae *Aτφu* 11 Laudis *Apr.* cesaris *u* 12 deterrere *τ* ingenii *Aτψ Pph.* *uu.* 13—20 *del. Peerlk.* 13—16 *del. Linkerus* 14 Troio *Nic. Heinsius* 15 merionē *u* merionem *λ1πτ* 16 Tididen *Aλπφ* T*id*iden *ψ* Titidē *u* Titidem *τ* [Tydiden 3 *Bland.*] 17 nos] non *sch. Iuuen.* praelia *τψ* prelia *λ* p̄lia *u* 18 sectis] strictis *Bentl.* rectis *Hamacher opp. Ac. Acr. et cf. Propert.* IIII 7, 6 '*et mea formosis unguibus ora nota*' 20 preter *Aλψ2*

I 7. AD MVNATIVM PLANCVM *A* PARANETICE DICOLOS AD PLANCVM *F* PRIM' VERSVS EXAMET̄. EST SEQVENS VERO TETRAMET̄. ET FALSISCV̄ APPELLAT̃ EO Ꝙ EX IIII. PEDIB. VLTIMIS C̄TAT PARANETICE DICOLOS PLANCO *λ* *inscriptionem om. τ* *oden om. B* 1 rodon *τu* mitylenen *grammatici* mitilenen *Fλ corr. Acr. exp. metr.* mitilenē *τu* mitilene*n* *A* mytilenen *πχ* MITVLENEN *λ1*

aut Ephesum, bimarisue Corinthi
moenia, uel Baccho Thebas uel Apolline Delphos
insignis aut Thessala Tempe;
sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem
carmine perpetuo celebrare et
undique decerptam fronti praeponere oliuam;
plurimus in Iunonis honore
aptum dicet equis Argos ditisque Mycenas:
me nec tam patiens Lacedaemon
nec tam Larissae percussit campus opimae,
quam domus Albuneae resonantis
et praeceps Anio ac Tiburni lucus et uda
mobilibus pomaria riuis.

TESTIMONIA.

2 Victorin. 2615 Fortunat. 2683 Mallius Theodorus 4, 14 2 sq. 'bimarisue — moenia' sch. Stat. Theb. VII 420 9 Seru. ad Aen. I 24 XI 246 'Hor. — posuit aptum equis Argos' sch. Stat. Theb. IIII 672 10 'nec me tam patiens Lacedaemon agon' sch. Stat. Theb. VIII 432 13 'Hor. in I carm. et praeceps — lucus' Prisc. VI 16

VARIA LECTIO.

2 epheson *Fπ2χ Victorinus* 2614. 2619 *non Ac.* chorinthi *π* chorinti *Fu* 3 Maenia *Au* Menia *τ* bacho *Aλ* 4 Insignis *Aπχ Victorinus* 2565 Insignes *rell.* tessala *ψ* 5 *incipit cod. γ sed huius carminis lectiones pristinae cum passim paene euanuissent, litteras altero atramento ductas esse apparet* est opus *φ* intacte *A1* urbem] arces *uy Bentl.* arcem *y opp. Acr. et sch.γ* uu. 6 *sq. del. Peerlk.* 6 caelebrare *Aπ* 6. 7 et undique] indeque *Bouhierus* 7 decerptae frondi *Erasmus* [Vndique decerptam frondi praeponere oliuam *codd. Cr.*] decertam *γλ1* deceptā *τ1* preponere *Aγ* oleam *Fπcorr.* oletam *λuar.* 8 Plurimis *ψpr.* Plurim*us τ* honore *Oudendorpius Hauptius Peerlk. cuius adnotat. uid.* honorem *Ω Acr. et sch.γ sch.λ* 9 dicet *λπτφuG Seru.D. ad Aen.* I *item γ2* (*γ1 euanuit*) dicit *Aψ Ac. Pph. Seru. alt. l.* ditis *Ac.* dites *Ω* micenas *AFγπτu* 10 nec me *sch. Stat.* paciens *A* lacedemon *Fγτu Ac.* 11 larisse *A1* ['percussit. *sic legitur in omnibus scriptis cod.*' *Cr.*] opime *Aτ* 12 albunee *u* resonantes *Fπpr.* 13 *lectio pristina erasa in ψ* Ac tiburtini (tibur^{ti}ni *π*) lucus et preceps (p̄ceps *π*) anio et uda *πτ* et praeceps] Epreceps *γ2*, *γ1 euanuit* Et] Ac *F opp. Ac.* preceps *Aτ* preces *λ* ac] et *Fχ* *tiburi lucus* et *φ* tiburni *AF1γλuG V* [4 *Bland.*] *χ Acr. Porph. sch.F Prisc.* tiburtini *τπcorr.χ*(*g*)*sch.λ*(*natum ex sch.Fλ*) tiburti *ψ2χ*(*αβϑhn* tyb: *p*) 14 pomeria *τuπ2φ2χ*(*μv*)*y* *sed* pomaria

VII b

Albus ut obscuro detergit nubila caelo
saepe Notus neque parturit imbres
perpetuo, sic tu sapiens finire memento
tristitiam, uitaeque labores
molli, Plance, mero, seu te fulgentia signis
castra tenent seu densa tenebit
Tiburis umbra tui. Teucer Salamina patremque
cum fugeret, tamen uda Lyaeo
tempora populea fertur uinxisse corona,
sic tristis affatus amicos:
'quo nos cumque feret melior fortuna parente,
ibimus, o socii comitesque.

TESTIMONIA.

I 7 b. 15—17 'albus — perpetuos' Seru. ad georg. I 460 21 sq. 'Teucer — fugeret' Seru. ad ecl. 1, 4 24 Fortunat. 2703 24. 26 sq. 30 sq. 'qui iuxta Oracium in carmine lirico de labore prelii lassos et tristes affatur amicos: ibimus — desperandum! o fortes — mecum sepe uiri' Iohannes Victoriensis I 6 p. 293 ed. Böhmer

---

VARIA LECTIO.

etiam Pph. et cf. Symmachi epist. VII 18: '*Nunc ego scire postulo, quid in Tiburtibus pomariis litterarum operis exerceas?*'

I 7 b. *Nouum carmen incipiunt AFγλπτυς(αβδσghnpsv) opp. expos. metr. Porphyr. Diomed. Victorin.* HORTATVR PLANCVM AD VOLVPTATEM *A Ac. opp. Acr. ad u.* 1 AD PLANCVM HORTATIO BENE VIVENDI *Fυχ(μ)* AD PLANCVM NVMATIVM (NVMANTIVM *α*) ORATIO BENE VIVENDI *γχ(α)* AD PLANCVM HORTATIO (HORATIO *δλ*) AD BENE VIVENDVM *λπχ(βδ)* '*Hanc oden quidam putant aliam esse*' *Porph. sch. λφ, idem censent Buttmannus (Muetzellii ann. gymn.* XIIII 843) *et Doederlinus* 15 detergit *$γ_1$χ(μn)y[cod. Mart.] Ac. Aldina* 1509 deterget (i *supra*), *corr. ead. manu A* deterget *rell.* [*omn. Bland.*] *Pph.* celo *u* 16 nothus *γπτυA_2* nec *γτ* ne[q;] *π* 17 Perpetuos *Aχ(hs$β_2$) Seruius Peerlk. opp.* [3 *Bland.*] *Bentl. cf. Paldamus mus. Rh. n. s.* VI 632 sítu *A* 18 Tristiciam *τψυ* Tristitia~~m~~ *π* 19 seu] se *τ* molli] *sunt qui hoc pro imperatiuo accipiendum esse censeant, opp. Acr. et sch.γ sch.λ cf. Iuuen.* 1, 69: '*molle Calenum*' 22 tamen] ter *Fγπτχ* lyeo *τ* lieo *γυ* 23 Tímpora *τ$φ_2$* T///mpora *λ* populeae *A_1* populua *γ* 24 tristis *A$γ_1$ πχ Fortunatianus* tristes *rell.* 25 parentes *F* 26 sotii *πψ*

nil desperandum Teucro duce et auspice Teucri:
certus enim promisit Apollo
ambiguam tellure noua Salamina futuram.
o fortes peioraque passi
mecum saepe uiri, nunc uino pellite curas:
cras ingens iterabimus aequor.'

VIII

Lydia, dic, per omnis
hoc deos oro, Sybarin cur properes amando

TESTIMONIA.

27 sq. Victorin. 2563 30 Acron ad serm. II 5, 21 31 'et uino pellite curam' Acr. ad epod. 9, 38 'ut in Horatio primo carminum: cras — aequor' Prob. 1419

I 8. 1 sq. 'Lydia dic per omnes te deos oros Sybarim cur properas amando . . . Lydia dic per omnes . . . Hor. primum choriambum durissimum fecit; pro iambo spondeum infarciendo sic: te deos oro Sybarim. nam si secutus esset Alcaeum, sic ordinasset: hoc dea uere. error tamen illius habet excusationem, quod in ea perseuerauerit lege, quam ipse sibi aliquo casu fecerat, usque ad ultimam partem non mutando' Fortunat. 2683 'Lydia dic per omnes te deos oro Sybarim cur properas amando . . . in hoc etiam recessit ab Alcaeo, quod primum choriambum durum fecit, secundum pro iambo spondeum ponendo. nam si secutus fuisset Alcaeum, sic ordinasset: hoc dea uere Sybarim cur properas amando . . . ex hoc hendecasyllabum Sapphicum facies sic: quaeso Lydia dic deos per omnes. de secunda hexametrum sic: hocne deos uere Sybarim cur quaeris amando' Fortunat. 2703 'octaua ode: Lydia — hoc deos uere Sybarin cur properes amando' Diomed. 520 Victorin. de metr. Hor. 2614 'Lydia — hoc deos oro . . . cur properas amando' Victorin. 2533 'Lydia — hoc deos ue . . .' Victorin. 2622 1. 3 'Lydia dic perdere cur . . .' Victorin. 2497. 2532. 2591 1 Diomed. 509 Priscian. partit. duodec. uers. Aen. 1, 2 'Hor. in I carminum: Lydia — omnes' Prisc. VII 5 'Lydia dic' Victorin. 2592 2 'in Horatio: hoc deos uere Sybarin quid properas amando' Diomed. 508 'hoc deos ue . . . re Sybarin cur properes — amando' Victorin. 2621 'cur pro-

---

VARIA LECTIO.

27 teucri *A1γ1uλ2χ*(*μσ1hp1v*) *y*(*codd. Lambini Feae Peerlkampi*) *Ac. Acr. et sch.γ* ('*Apollinem dicit' Acr. et sch.γ* '*. . . fautorem uel sponsorem' sch.γ*) *Victorini cod. Paris. Peerlk.* teucro *Fλ1πτA2γ2χ*(*αβgμuar. σ2p2* teuchro *δϑ*) Phoebo *Bentl.* auspice; Teucro certus enim *Wadeus* 28 *Certus enim* prom: *φ* 31 sepe *A*

I 8. AD LIDIAM MERETRICEM *AB* EROTICE DICOLOS AD LYDIAM (*LIDIAM ψ* LIDIAM *λ*) *Fλ* EROTICE DICOLOS AD LIDIAM MERETRICEM *γ* *inscriptionem om. τ* 1 Lidia *ψu* per *om. B1* omnis *Aχ Ac.pr.* omnes *rell. Ac.corr.* 2 Hoc (Hoc *τ*) deos oro *γπ1*

perdere, cur apricum
oderit campum, patiens pulueris atque solis.
cur neque militaris
inter aequalis equitat, Gallica nec lupatis
temperat ora frenis?
cur timet flauom Tiberim tangere? cur oliuom
sanguine uiperino
cautius uitat neque iam liuida gestat armis
bracchia, saepe disco,
saepe trans finem iaculo nobilis expedito?
quid latet, ut marinae
filium dicunt Thetidis sub lacrimosa Troiae
funera, ne uirilis
cultus in caedem et Lycias proriperet cateruas?

TESTIMONIA.

peres amando' Diomed. 509 3 sq. 'Hor. in I carminum: cur apricum — solis' Prisc. XVIII 94 'Hor. in I carminum . . . cur — campum' Prisc. XVII 49 'cur — campum' Seru. ad Aen. II 202

VARIA LECTIO.

τGφ2χ(δs) expos. metr. sch.γ, Acronis Guelf. Victorinus 2533 Hoc deos uere (uerę *A*) *ABχ(h) sch.λ alt. l. Diomed. Fortunatiani archetypus* (*cf.* 2683 '*hoc dea uere*') Te deos oro *Fλuπ2ς(αβϑμnpv) Pph. sch. λ alt.l. Fortunat.* *O*//// deos oro *σ* (O d: o: *g*) sybarin *Fπ* sibarin *u* sybarim *λ* sibarim *AγτG* sybarĩ *B* quid properas *Diomed.* 508, *sed idem* cur properas 509. 520 cur properas *πχ(φ2μn) Fortunat.* 2703 *Victorin.* 2533 *opp.* 2614. 2621 *et cf.* 2497: Lydia dic perdere cur hunc cupias? cur properes *cett. expos. metr. sch.γ* propere///s *u* 4 canpum *u* 5 ['*cod. Maldeg. habet* militares' *Cr.*] 6 equales *Aγu om. τ1* equitat *γπχ(δμg)* aequitat *τ* equitet *cett.* 7 temperat *πτχ(δg) sch.γ* ('*domat*') temperet *cett.* 8 flauum *Ω Ac.* tyberim *γ* oliuum *Ω* 8—10 Cur timet flauum . . . | Cur oliuum sanguine . . . | Cautius uitat *Fτ* 9 uipereͥno *A* 10 armi *B* 11 Bracchia *AB* Brachia *cett. Ac.* sepe *ABγu* 12 Sepe *Bγu* nobilis ille expedito *Fπ* (*sed* 'ille' *supra uersum scr.*) 13 marine *γ* 14 Troiae] trans *B* 15 uiriles *Fπ*(e *in ras.?*)*τ* ['*V*' *habet expresse supra notatum*, uiṛileis *esse accusatiui casus*] 16 cedem *λτu* licias *AFλτu*

VIIII

Vides ut alta stet niue candidum
Soracte, nec iam sustineant onus
siluae laborantes, geluque
flumina constiterint acuto.
dissolue frigus ligna super foco
large reponens atque benignius
deprome quadrimum Sabina,
o Thaliarche, merum diota.
permitte diuis cetera, qui simul
strauere uentos aequore feruido
deproeliantes, nec cupressi
nec ueteres agitantur orni.
quid sit futurum cras fuge quaerere, et

TESTIMONIA.

I 9. 1—4 Caesius Bassus de metris I 5 p. 303 sq. Fortunat. 2681 sq. 2704 Victorin. 2621 Augustin. de musica IIII 17, 36 'nona ode . . . uides — acuto' Victorin. de metr. Hor. 2615 1. 3 sq. 'nona ode: uides (sed u. 1 in nostris libris deest) — acuto' Diomed. 520 1 sq. 'uides — Soracte' Seru. ad Aen. VII 696 'hoc Soracte, huius Soractis, Hor. in I carm.: uides — candidum Soracte' Prisc. VI 11 'de montibus (sc. incerti generis inueniuntur) ut . . . uides — candidum Soracte' Consentius 2027 1 Diomed. 509 Mallius Theodorus 4, 9 Plotius 9, 7 'niue candidum' Plot. 9, 2 3 sq. Augustin. de musica IIII 14, 20 3 Prisc. partit. XII uers. Aen. 1, 4 5 sq. 'ligna — reponens' Diomed. 411 Acr. ad c. III 1, 17 7 'deprome bonum quadrimum uinum celer auitum' Plot. 9, 10 10 Plotius 9, 7 12 Fortunat. 2683 13 'quid — quaerere (querere floril.)' sch. Stat. Theb. III 562 florilegium Parisinum 8069 item Hildebertus moral. philosoph. p. 990 sed om. 'cras'

VARIA LECTIO.

I 9. AD TALIARCVM DE VOLVNTATIBVS *A* PARANETICE AD THALIARCHVM (TALIARCHVM *φ*) PVERVM SPECIOSVM (SPETIOSVM *φ*) *F* PARANETICE TETRACOLOS AD THALIARCVM PVERVM *γ* PARANETICE TETRACOLOS AD TALIARCV̄ PVERV̄ SPETIOSVM DE VOLVNTATIBVS *λ* *inscriptionem om. τ*, *oden B* 1 candidus *Mallius Theodorus, opp. Ω exp. metr. Ac. bis sch.γλφ Porph.* 2 Sorate *γ1* Soractae *τ* nec iam] *n*etiam *τ* honus *u* 3 Silue *A1* 5 ligna] luna *Fτπuar.* 6 Larg*e reponens τ* Largiri potis *Fπ1τ1* large repones *φuar.* ('Large reponens] largiri postis *alii codices habent' sch.λφ*) 7 Depone *Fγ1πτ* 8 thaliarce *Fγλτ* *uu.* 9—12 *del. Gruppeus Meinekius Linkerus* 9 caetera *Fγ* 11 Depraeliantes *A* Dep̄l: *π* 13 querere *Aγλπτ*

quem fors dierum cumque dabit, lucro
appone, nec dulcis amores
sperne puer neque tu choreas:
donec uirenti canities abest
morosa, nunc et campus et areae
lenesque sub noctem susurri
composita repetantur hora,
nunc et latentis proditor intumo
gratus puellae risus ab angulo
pignusque dereptum lacertis
aut digito male pertinaci.

X

Mercuri, facunde nepos Atlantis,
qui feros cultus hominum recentum
uoce formasti catus et decorae
more palaestrae,
te canam, magni Iouis et deorum

TESTIMONIA.

17 sq. 'donec — morosa' Donat. ad Ter. hecyr. III 5, 28 21 sq. Seru. ad ecl. 3, 65

I 10. 1. 4 'decima ode: Mercuri — Atlantis; more palaestrae' Diomed. 521 1 Seru. ad Aen. I 520 Plotius 7, 10, 1 'decima ode . . . Mercuri — Atlantis' Victorin. de metr. Hor. 2616 'Hor. in I carm. Mercuri — Atlantis' Prisc. VII 18 'Mercuri facunde' Seru. ad Aen. IIII 558 2 'qui — hominum' Porph. ad serm. II 2, 66 3 sq. 'catus — palaestrae' Seru. ad Aen. IIII 559 'et — palaestrae' schol. Stat. Theb. VI 830

VARIA LECTIO.

14 sors ω *Fea* 15 Adpone *Fπχ Porph.* dulcis *Pph.* dulces *Ω* 16 tu *om. u* 17 canicies τ 20 Conposita *u Pph. sch.λ* *uu.* 21—24 *del. Prienius et Hitzigius* 21 intimo *Aγπpr.τu sch.γ i. t.* 22 puelle *A1* direptum *γλτuς sch.γ* dereptum *AFGχ*[2 *Bland.*] ('dereptum *pro direptum' sch.φ*)

I 10. AD MERCVRIVM *AB* HYMNVS (HYMNOS *F* YMNVS *γ*) MERCVRIO TETRACOLOS *Fγλ* *inscriptionem om. τ* 1 atlantis *Pph.* at *B* athalantis *u* adlantis *γ2 γ1 non liquet* athlantis *rell. Ac. exp. metr.* ςω 2 feros *A* 3 cautus *ψ* decore *A1π1* 4 palestrae *BFγπτu* palestre *A*

nuntium curuaeque lyrae parentem,
callidum quicquid placuit iocoso
condere furto.
te, boues olim nisi reddidisses
per dolum amotas, puerum minaci
uoce dum terret, uiduus pharetra
risit Apollo.
quin et Atridas duce te superbos
Ilio diues Priamus relicto
Thessalosque ignes et iniqua Troiae
castra fefellit.
tu pias laetis animas reponis
sedibus uirgaque leuem coerces
aurea turbam, superis deorum
gratus et imis.

XI

Tu ne quaesieris (scire nefas) quem mihi, quem tibi

TESTIMONIA.

I 30. 1 Acr. ad c. II 5, 20 praem. 'uicesima octaua ode' Dio-

---

VARIA LECTIO.

I 29. AD ICCIVM *ABτ* AD ICCIVM LOQVITVR *Fλς* HICCIVM ALLOQVITVR A PHILOSOPHIA AD MILITIAM CONVERSVM *γ* 1 Hicci *γ* inuidus *τ* uides *exp. metr. Diomedes* 2 Gaztis *F* miliciam *A* 3 sabeae *BFγπ*(*sed in ras.*)*u* 4 horribilis *Bentl.* modo *γ* 5 que *τ uu.* 7—16 *om. B* 8 cyatum *γλτπp.r.* chyatū *πa.r.* ciatum *φu* sciatum *ψ* stit *tuetur φ1* 10 negat *Pph. opp. Acr. et sch.γ* 11 posse riuos] post seruos *φ1* 12 tyberim *πτ* 13 coemptus *τ1* nobilis *Aγτχ*(*s1*)*sch.γ* nobiles *Fλπuς Ac.* 14 paneti *uς* 15 locis *γ1* biberis *γ1*

I 30. AD VENEREM *ABτ* EVTICE AD VENEREM (VEREM *λ*) PRO GLICERA *Fλ* EVTICE AD VENEREM PRO GLICERA MERETRICE *γ* *Hoc carmen abiudicat Horatio Peerlk.* 1 cnidi *BFπχ*(*δh*) *Porph. Diomed.*

sperne dilectam Cypron et uocantis
ture te multo Glycerae decoram
transfer in aedem.
feruidus tecum puer et solutis
Gratiae zonis properentque Nymphae
et parum comis sine te Iuuentas
Mercuriusque.

XXXI

Quid dedicatum poscit Apollinem,
uates? quid orat de patera nouom
fundens liquorem? non opimae
Sardiniae segetes feraces,
non aestuosae grata Calabriae
armenta, non aurum aut ebur Indicum,
non rura quae Liris quieta
mordet aqua taciturnus amnis.
premant Calena falce quibus dedit

TESTIMONIA.

med. 522 sq. 2 'Hor. in primo carminum: sperne — Cypron' Prob. 1398 sq.

I 31. 1 praem. 'uicesima nona ode' Diomed. 523

VARIA LECTIO.

opp. Acr. et sch. γ *expos. metr. Diomedis cod. A* phaphi///que ψ paphiq. τ 2 Spernere γ cyprum *u* cyprom *B* 3 Thure *u* multu γ_1 glicerae *Bγτψu* glycere λ_1 glicere π 4 Transfert *B* edem *u* 5 Feuidus ψ et lutis λ_1 6 nodis π_1χ(*suar.*) (zonis π_2) numphae A_1 nimphae *γλψu* 7 *comis u* te *iuuentas* τ Mercuriusquae *A*

I 31. AD APOLLINEM (APPOLLINEM *A*) *ABτ* EVTICE AD APOLLINEM IPSI SACRIFICANS (SACRICANS φ) VITAE (VITE λ) PRAESENTIS (PRESENTIS λφ) STATVM *Fλ* EVTICE AD APOLLINEM γ 2 noum A_1 nouum A_2 *cett.* 3 *sq.* opimas—feracis *Cruquiana* 5 estuosae *γu* aestiuosae *B* prata Calabriae aut *Scheibeus et Vrlichsius* laeta Calabriae *Paldamus* lata C: *Meinekius totam stropham del. Schwenckius* (*mus. Rhen.* XV 240) *sed cf. Silius Ital.* IIII 350. 224 6 ebor τ 7 lyris *Fτ* lir///is γ 8 annis *u* *uu.* 9—12 *quos iam Seneca imitatus est Hippol.* 518 *sq.* '*Sollicito bibant auro superbi e. q. s.*' *Horatio abiudic. Peerlk. Linkerus alii* 9 Praemant *Fτ* Calenam *Bentl.*

Fortuna uitem, diues et aureis
  mercator exsiccet culullis
    uina Syra reparata merce,
dis carus ipsis, quippe ter et quater
anno reuisens aequor Atlanticum
  impune: me pascunt oliuae,
    me cichorea leuesque maluae.
frui paratis et ualido mihi,
Latoe, dones, at precor integra
  cum mente, nec turpem senectam
    degere nec cithara carentem.

XXXII

Poscimur. si quid uacui sub umbra

TESTIMONIA.

10—12 'diues et — merce' Acron ad art. poet. 434

I 32. 1 sq. 'poscimur — tecum' Seru. ad ecl. 1, 10 1 'tricesima ode: poscimus — umbra' Diomed. 523

VARIA LECTIO.

10 et *Aγπ*(*superscr.* ut *π*)ϛ(*αβδμgnpsv*)*sch.γ* ut *BFλuιχ*(*ϑϱσh*) *Pph. Bentl.* 11 Mecator *τ* exsicc& *ψ* culillis *Aγτ Acr. sch.γχ* (*αϱghpsι*) (culili *sch.λ*) cuı ıllis *B* cululis *Fπu Pph.* *χ*(*βv*) (cululẹ *sch.φ*) culullis *λχ*(*δϑμσnscorr.*)*sch.δ* (culilẹ *Porph.i.t.*) 12 sira *γ* *uu.* 13—16 *del. Peerlk. Prienius Linkerus* 13 Diis *AFγλτ* q̇ p·τ̄· *B* 14 equor *γu* athlanticum *AFγλτ Ac. sch.γ* athanticum *u* *athlan*ticum *π* atlantidum *y* [1 *Bland.*] 15 Inpune *F* pascant *y* (*cod. regiae societatis*) *Faber Bentl.* *u.* 16 *om. πpr.* 16 Leticorcae *ψι* cichorea *Aγu* cicorea *Bψcorr.* cycorea *λ* cichoreae *πA2χ Pph.* cicorae/// *φ* (cicoraeae *φ*1) cichorac *τ* 17 michi *F* 18 Latoẹ *γ* Laetoc *Fχ* Letoe *y*
at *ΩG* (*ex sil. Pulm.*) *comment. sch.γ*ϛ ad *λpr.* ac *χ*(*βcorr.*)*y Bentl.* ['ac precor integra. *sic legendum est, ut habent cod. . . . quidam scripti habent* atque' *Cr.*] *sed cf. Theogn.* 789 *sqq. et mus. Rhen.* 1863, 275 et *ω* atque *y* praecor *φ* 20 cythara *Fλπτ*ϛ

I 32. AD TESTVDINEM *A* AD LIRAM *B* PROSPHONETICE AD LYRAM *Fλ* PROSPHONETICE (*om. τ*) AD LIRAM DE CARMINIBVS SVIS *γτ* 1 Poscimur *FλπuAcorr.ead.m. V ut uid.*[3 *Bland.*]*χ*(*β*1*δϱ*1*gh aut pr. aut corr.vs*) *expos. metr. Acr. et sch.γ Pph. sch.λφ Seruii Paris.* 7959 *Regin.* 1495 Poscimus *Apr.Bγτχ*[1 *Bland.*] *Diomedes Bentl.* umbra] antro *y Bentl. opp. Ac. Pph. sch.λ*

lusimus tecum, quod et hunc in annum
uiuat et pluris, age dic Latinum,
barbite, carmen,
Lesbio primum modulate ciui,
qui, ferox bello, tamen inter arma,
siue iactatam religarat udo
litore nauim,
Liberum et Musas Veneremque et illi
semper haerentem puerum canebat,
et Lycum nigris oculis nigroque
crine decorum.
o decus Phoebi et dapibus supremi
grata testudo Iouis, o laborum
dulce lenimen, mihi cumque salue
rite uocanti.

XXXIII

Albi, ne doleas plus nimio memor
immitis Glycerae, neu miserabilis

TESTIMONIA.

I 33. 1 praem. 'tricesima prima ode' Diomed. 523 2—4 'idem in eodem (i. e. Hor. in I carm.): neu — fide' Prisc. XVII 49 cf. XVIII 130 2 sq. 'Hor. . . . ad Albium Tibullum elegiarum auctorem scribens ab ea, quam diximus miseratione elegos miserabiles dicit hoc modo: neu — elegos' Diomed. 485

VARIA LECTIO.

2 in] per χ(ϑ) *opp. Pph.* 3 pluris *Pph.* plures *Ω* age *om. A*1, *add. alt. m.* 7 religaret *ψpr.* 8 nauim *Bτλcorr.*(*an λpr.?*)χ(*ϑ*1*hnps*) nauem *cett.* 9 Librum *ψ*1 10 herentem *Fγπτu* 11 licum *Apr. BFu* occulis *ψ* 12 phebi *Aπτu* suppremi *γ* 15 lenimem *u* mihi (michi *φ*) cumque *Ω Acr. et sch. γ Porph. sch. λφ* mihi cuique *Bentl.* medicumque *Lachmannus* mihi tuque *Peerlk. sed Horatius ueterum poetarum usum uidetur secutus esse cf. Lucret.* II 114. V 312

I 33. AD TIBVLLVM *A* PARANETICE TETRACOLOS (*om. γ*) AD ALBIVM TIBVLLVM (BVLLVM *Fλ*) CONSOLATVR DOLENTEM QVOD NEGLEGATVR (NEGLIGATVR *λ*) A SCORTO *Fγλ* AD ALBINVM *τ carmen om. B* 1 Albine doleas *Fγλιu* 2 Inmitis *γτ* glycere *γτ* glicerae *τψu* glicere *A*1 miserabilis *π Pph.* miserabiles *Ω Ac.*

decantes elegos, cur tibi iunior
laesa praeniteat fide.
insignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor, Cyrus in asperam
declinat Pholoen: sed prius Apulis
iungentur capreae lupis,
quam turpi Pholoe peccet adultero.
sic uisum Veneri, cui placet imparis
formas atque animos sub iuga aenea
saeuo mittere cum ioco.
ipsum me melior cum peteret Venus,
grata detinuit compede Myrtale
libertina, fretis acrior Hadriae
curuantis Calabros sinus.

XXXIIII

Parcus deorum cultor et infrequens

TESTIMONIA.

10 'quotiescumque ratio non apparet, sic uisum interponitur, ut Hor.: sic — Veneri, cum amorem ostenderet non esse pulchritudinis' Seru. ad Aen. III 2 'sic — Veneri' mythographus III tract. 11, 25 ap. Mai. auct. class. III 266 14 'grata continuit compede Horatius dicit' Placidi glossae ap. Mai. auct. class. III 439

I 34. 1 praem. 'tricesima secunda ode' Diomed. 523

VARIA LECTIO.

4 Lesa *Au* pretineat *A*1 preniteat *γA*2 p̄miteat *τ* 5 licorida *Au* 6 Cyri te torret *Fπ*1 Ciri *u* cirus *Au* 7 Declin(a)et *τ* pholoem *λ*1 philoen *γ* 8 caprehae *A* *uu.* 9. 10 *om. λ* peccet — cui *om. πpr.* 10 inparis *γ* impares *Fuπ*2 11 [aenea *omn. Bland.*] 12 Seuo *Aλu* loco *Fea* 13 petere *π*1 14 continuit *ω* (*Lips.* 1498) *Placidus* cōpede *Aτ* conpede *sch.γ opp. Porph.* mirtale *Fτu* myr*thile A* 15 adriae *Fuπp.r.*

I 34. AD SE PHILOSOPHANTEM DEOS INTELLIGIT PRAESENTES (PRESENTES *λ*) QVOS PHILOSOPHANDO NEGAVIT *Fλ* AD SE PHILOSOPHANTĒ ET DICIT QVOS PHILOSOPHANDO DEOS NEGAVIT PRESENTES INTELLEGI *γ* AD FORTVNAM ET SE IPSVM *τ* *inscr. om. A* oden *B*

insanientis dum sapientiae
consultus erro, nunc retrorsum
uela dare atque iterare cursus
cogor relictos: namque Diespiter,
igni corusco nubila diuidens
plerumque, per purum tonantis
egit equos uolucremque currum,
quo bruta tellus et uaga flumina,
quo Styx et inuisi horrida Taenari
sedes Atlanteusque finis
concutitur. ualet ima summis
mutare et insignem attenuat deus,
obscura promens; hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
sustulit, hic posuisse gaudet.

XXXV

O diua, gratum quae regis Antium,
praesens uel imo tollere de gradu

TESTIMONIA.

3—5 ' . . . primo carminum: nunc — relictos' Eutych. 2182 5. 7 sq. 'Hor.: namque Diespiter plerumque — equos' Seru. ad Aen. VIIII 572 9 'Hor.: et bruta tellus' Seru. ad Aen. X 102 14. 16 'sicut supra dictum est: hinc a: r: (rapace γ) sust:, hic p: g:' sch. λφ ad c. II 1, 3

VARIA LECTIO.

2 sapienciae λ 3 retrorsus γ *opp. Ac.* 4 iterarare *puncta pos. alt. m. A* 5 relictos *Ω Pph. Peerlk. (quem uide)* relectos *Nic. Heinsius Bentl. Hauptius* 6 corrusco *A, punctum alt. m. appos.* chorusco *πu* 7 tonantes *Fγu* 8 aequos *φ* 10 stix *γτφu* st//ix *ψ* tenari *Fγπ Porph.* trenari *u* 11 a^{h}tlanteusq. *π* ahtlanteusq. *τ* athlante usque *F* athlanteusque *cett. Ac.* 12 una *τ* sumis *ψ* 13 insigne *Bentl.* 14 ꝓmens *u* 15 stridore *φ* accuto ψ_1 acuto *π* 16 Sustolit A_1 hinc $A_1\chi(\alpha p)$ *Pph.*

I 35. AD FORTVNAM *ABτ* PROSEVTICE FORTVNAM INVOCAT QVAE (QVE *λψ*) COLITVR ANTII (ANCII *γ*) *Fγλ* *omisit hanc oden Diomedes aut coniunxit cum antecedenti, opp. expos. metr.*

mortale corpus uel superbos
uertere funeribus triumphos:
te pauper ambit sollicita prece
ruris colonus, te dominam aequoris
quicumque Bithyna lacessit
Carpathium pelagus carina.
te Dacus asper, te profugi Scythae,
urbesque gentesque et Latium ferox,
regumque matres barbarorum et
purpurei metuunt tyranni,
iniurioso ne pede proruas
stantem columnam, neu populus frequens
ad arma cessantis, ad arma
concitet imperiumque frangat.
te semper anteit saeua Necessitas,
clauos trabalis et cuneos manu
gestans aena, nec seuerus

TESTIMONIA.

I 35. 9 'et Dacus asper' sch. λφ c. II 20, 18 12 cf. 'ut est hoc: purpureus tyrannus' Seru. centimetr. p. 1822 13 sq. 'iniurioso — columnam' Donat. ad Terent. Phorm. II 1, 57

VARIA LECTIO.

2 Presens *Aλτu* 3 corpus] sursus *Lachmannus* *uu.* 5—28 *del. Gruppeus* 6 ruris, colonus *distinxerunt Marklandus et F. A. Wolfius* colonis *B* colụnus *γ* dominum A_1 7 bithina *Aφu*ψ_2 bithinia ψ_1 bythyna *λ* 8 Carpatium *Bπ* Carpathyū *τ* 9 scithae *ABu* scitae *Fγ* schitẹ *π* 10 Vrbesq: *φ* laceum A_1 11 Reguntque A_1 matres, barbarorum et p: m: t: *editores aliquot* 12 mutuunt A_1 (*an* muniunt?) tiranni *u* 13 ne pede tuo proruas *u* 14 colunnã *u* fremens *Bentl.* 15 arma] aruas A_1 cessantis *B* cessantes *cett.* cursantes *Bentl.* *uu.* 17—28 *del. Linkerus* *uu.* 17—20 *del. Peerlk.* 17 saeua *FGχ*(*δh, ex Bentleianis omnes melioris notae libri*) *sch.λφ interpr.* '*dura' nec diss. ut puto Acr.I* seua *λπu*A_2*ς*(*αβϑμϱσιnpsv*) serua A_1*B γτV* [4 *Bland.*]*χ*(*g*) *Acr. et sch.γ Porph. et haec quidem uaria lectio ex interpretis cuiusdam adnotatione: 'praecedit quasi sit Necessitas comes et ministra Fortunae'* (*Acr.*) *orta esse apparet.* 18 traualis *B* trabilis *pro* trabalis *Pph.* trauales π_1 trabales *cett.* 19 aena *ABλπτ*φ_1*ψ corr. Vχ comment.* aen^e^a *γχ*(*μ*) aenea *ψ pr. u*φ_2*χ*(*ασhnsv* en: *ϑ*) *Ac.* ['aena. *sic*

uncus abest liquidumque plumbum.
te Spes et albo rara Fides colit
uelata panno, nec comitem abnegat,
utcumque mutata potentis
ueste domos inimica linquis.
at uolgus infidum et meretrix retro
periura cedit, diffugiunt cadis
cum faece siccatis amici,
ferre iugum pariter dolosi.
serues iturum Caesarem in ultimos
orbis Britannos et iuuenum recens
examen Eois timendum
partibus Oceanoque rubro.
eheu cicatricum et sceleris pudet
fratrumque. quid nos dura refugimus
aetas, quid intactum nefasti
liquimus? unde manum iuuentus
metu deorum continuit, quibus

TESTIMONIA.

21 sq. 'canam . . . fidem dixit . . . quod ei albo panno inuoluta manu sacrificabatur . . . unde Hor.: et — panno' Seru. ad Aen. I 292 cons. Cynthius Cretensis in eundem Vergili locum ap. Mai. auct. class. VII 344

VARIA LECTIO.

Bland.' Cr.] nec *τ* seuerus *F* 20 liquidum *'V'* 21 alborata *A*ı albora *ψpr.* colitur *Seruius et Cynthius* 22 nec] ne *Aıτı* abnegas *nescio quis* *uu.* 23. 24 *inuerso ordine exhibentur in u* 23 potentis *Bπ Pph.* potentes *cett.* 24 linquis] uertis *Bentl.* 25 Ad *Aıφpr.* tum *Bentl.* uulgus *Bλu* meritrix *B* 26 Per iura *Aτ* cedit *γ* diffugiunt] fugiunt *Fπ* 27 fece *Fλπτu Acr.* siccitas *A*ı 29 *huc transponebat G. Wolffius* (*philol.* XVIII 728) *stropham quartam, uu.* 29—32 *uero ultimos huius carminis esse suspicatur* ultimi *Cuninghamus* 30 orbis] oro *Bentl. opp. Pph.* brittannos *γπ* regens *B* 32 oceanoque *ψ* 33 Heu heu *Bπχ*(*ϑn*)*y*(*Pulmanni E*)*Ac.* Heu *AγG V*[*omn. Bland.*]*χ*(*αρσ*)*Pph.* Heheu *λψy* Eheu *τφuχ* 34 dure fugimus *A*ı (*alt. m.* e *in* a *mutauit*) durare fugimus *B* refugimus, *om.* dura *τ* 35 intantum, *sed* n *non satis liquet A*ı 36 Linquimus *Buχ*(*ϑσpncorr.*) *opp. Acr. et sch.γ Pph.* manus *yω* [manum *omn. Bland.*]

pepercit aris? o utinam noua
incude diffingas retunsum in
Massagetas Arabasque ferrum.

XXXVI

Et ture et fidibus iuuat
placare et uituli sanguine debito
custodes Numidae deos,
qui nunc Hesperia sospes ab ultima
caris multa sodalibus,
nulli plura tamen diuidit oscula
quam dulci Lamiae, memor
actae non alio rege puertiae
mutataeque simul togae.
Cressa ne careat pulchra dies nota,
neu promptae modus amphorae,
neu morem in Salium sit requies pedum,
neu multi Damalis meri

TESTIMONIA.

I 36. 1 praem. 'tricesima tertia ode' Diomed. 523 4 Seru. ad Aen. I 530 8 Charis. 266 10 schol. Pers. 2, 1

VARIA LECTIO.

39 diffingas *AγφGu2ς*[3 **Bland.**] *Acr. et sch.γ* diff*ingas τ* diffigas *u*1 diffindas *πχ* deffingas *λpr.* defingas *Bψλp.r.χ*(*p*1)*y Bentl. Fea* retunsum *Pph. Porph. de qua forma cf. Vergil. georg.* II 301 retusum *Ω* [2 **Bland.**] *Ac.* recusum *y*[1 **Bland.**] *Aldus* recoctum *Bentl.* refusum *Seyffertus*

I 36. AD NVMIDĀ *B* EVCARISTICE AD NVMIDAM AMICVM LAMIAE (LAMIE *λ*) REDEVNTEM *Fλ* EVCHARISTICE LAMIAE NVMIDAE AMICO LOQVIT̃ REDEVNTI *γ* AD LAMIAM *τ* *inscr. om. A* 1 turae *φ, ψ*1 *non liquet* iuuat (inuat *A*1) placare | Et uituli *Aτ* 5 Karis *χ*(*μϱv*) 6 plura] pulcra *u* 8 Acte *τ* pueritiae *τπ*2 *V*[*omn.* **Bland.**] 9 Mutate *γ* 10 Thressa *Iacobus a cruce et Erasmus* pulcra *Bψu* pulcrha *γ* 11 Nec *Fπuχ*(*δμϱσghnsv*) *Pph.* (ne *Porph.*) prompte *γλφ* promtę *ψχ* 12 Nec̆ *A* Nec *Fπuχ* saltū *B* 13 Nec *Apr. Fπuχ opp. Pph.* demalis *λpr.*

Bassum Threicia uincat amystide,
neu desint epulis rosae
neu uiuax apium neu breue lilium.
omnes in Damalin putres
deponent oculos, nec Damalis nouo
diuelletur adultero,
lasciuis hederis ambitiosior.

XXXVII

Nunc est bibendum, nunc pede libero
pulsanda tellus, nunc Saliaribus
ornare puluinar deorum
tempus erat dapibus, sodales.
antehac nefas depromere Caecubum
cellis auitis, dum Capitolio
regina dementis ruinas
funus et imperio parabat
contaminato cum grege turpium

TESTIMONIA.

14 'haec amystis huius amystidis, nomen lectum in Horatio' Prob. cath. 1474 P. itemque Claudius Sacerdos II 52 16 'et — lilium' Acr. ad c. II 4, 29. 14, 24

I 37. 1 praem. 'tricesima quarta ode' Diomed. 523

VARIA LECTIO.

14 trheitia *u* amystede *B* amistide *γu* amistidae *λψ* 15 Nec̆ *A* dēs ī tepulis *B* desinit *τ* æpulis *τ* *uu.* 17—20 *del. Gruppeus* 17 demalim *A1* damalim *γλuA2ς* damalī *Bτ* 18 Deponent *τ* Deponunt *χ(h)* Deponent *cett. sch. λφ* nec malis *A1* neu *Pph. opp. Ac. Porph.* nouo *π* 19 Diuellitur *π* 20 ederis *π* ambiciosior *Aγλς*

I 37. AD SODALES *B* PROSPHONETICE AD SODALES AVGVSTI CAESARIS (CESARIS *γλ*) VICTORIAM ALEXANDRINAM DESCRIBIT *Fγλ* IN VICTORIĀ AVGVSTI *τ* *inscr. om. A* 2 nunc] nun *A* 4 erit *γω* ('erat] *pro est' Acr. et sch.γ*) dapidus *τpr.* 5 Antehanc *Fλ1a.r.πa.r.χ(ϱ1p) Pph.* deprome *u1* deponere *B* cecubum *u* 7 dementis *Bπ* dementes *rell.* ruinas *A*

morbo uirorum, quidlibet impotens
sperare fortunaque dulci
ebria. sed minuit furorem
uix una sospes nauis ab ignibus,
mentemque lymphatam Mareotico
redegit in ueros timores
Caesar, ab Italia uolantem
remis adurgens, accipiter uelut
mollis columbas, aut leporem citus
uenator in campis niualis
Haemoniae, daret ut catenis
fatale monstrum. quae generosius
perire quaerens nec muliebriter
expauit ensem nec latentis
* classe cita reparauit oras;
ausa et iacentem uisere regiam
uoltu sereno, fortis et asperas
tractare serpentes, ut atrum
corpore combiberet uenenum,
deliberata morte ferocior:

TESTIMONIA.

22 sq. 'Hor. in I carm.: nec muliebriter — enses' Prisc. XVIII 128

VARIA LECTIO.

10 morbo uirorum] Semiuirorum *y*(*cod. Peerlkampi*) opprobriorum *Bentl. alii alia opp. sch.γ* inpotens *πψA*2 *Acr. om. A*1 12 minuet *Ac. opp. sch.γ* furem *ψ*1 13 nauis *om. π*1 14 lymfatam *B* limphatam *ψu* linphatam *γ* 15 in] ad *Bentl.* seros *Bouhierus* 17 Remissa turgens *B* adurguens *γπχ*(*μϱ*) uelud *γ* 18 Molles *Fγλu* 20 Hemoniae *γτu* 21 mostrum *γ* que *u* 22 querens *Aγ λψu* 23 latentes *ψu* 24 reparauit *Ω Porph. sch.λφ sch. γ ut uid.* (*interpr.* '*non collegit denuo exercitum ex intimis partibus sibi fauentibus*') r. *Ac.* repetiuit *Feae* '*Vr. A. a*2.*m.*' *alii alia coniecerunt:* repedauit, perarauit, trepidauit, penetrauit, remeauit, reserauit, properauit, peragrauit, citare parauit, ire parauit, agitare parauit, rapere iuit, sollicitare parauit, clade iterare p: horas *u* h. *Ac.* 25 iacemtem *λ* tacentem *y Bentl.* 26 Voltu *Fγπ* V^u^oltu *A* Vult *B* Vultu *rell.* fortes *B* 27 artum *A*1 28 Pectore *y* conbiberet *λτuχ* c^v^ombiberet (v *erasa*) *A* cūbiberet *B*

saeuis Liburnis scilicet inuidens
  priuata deduci superbo
    non humilis mulier triumpho.

XXXVIII

Persicos odi, puer, apparatus;
displicent nexae philyra coronae:
mitte sectari, rosa quo locorum
    sera moretur.
simplici myrto nihil adlabores
sedulus, curo: neque te ministrum
dedecet myrtus neque me sub arta
    uite bibentem.

TESTIMONIA.

I 38. 1 'tricesima quinta ode: Persicos — apparatus. Expl. lib. primus incipit liber secundus' Diomed. 523 'Persico socii' schol. Iuuen. 3, 221 3 'ut . . . e carminibus Flacci exempla proferamus, sit nobis ille uersus, qui est primus apud eundem in ultima ode: mitte — locorum' Victorin. 2604

VARIA LECTIO.

30 Seuis *Aγτu* lyburnis *F* libyrni *Porph. i. t.* 31 superbo/// *A*

I 38. AD PVERVM MINISTRVM *Bτ* PROSPHONETICE AD PVERVM (PVERVM SVVM *γ*) PRO SIMPLICI APPARATV CONVIVII (CONVII *γψ*1) *Fγλ* *inscr. om. A* 1 Per siccos *u* 2 phylira *ψ* phylyra *π* phyllira *τφ* phillira *u* 3 locorum *A* (*A*1 loquorum? *ut exhibet ϱ*) 4 Saera *Fτ* 5 mirto *Aπφu* nichil *u* 6 curo *u* cura *Bentl. et u*1? curae *y*(*cod. Bodleianus*) curo *etiam Porph.* adlabores. sedulum curae neque *Peerlk.* 7 *De*Decet *A* D^{de}ec& *π* mirtus *γψu* neque te *τ* arcta *u* [arta *sine c codd. Bland. ubique*] 8 libentem *A*1

EXPLICIT LIB. CARMINV̄ PRIMVS. INCIPIT. LIBER. SECVNDVS *A* CARMINVM LIBER ·I· EXPLICIT (EXPLICITVS *φ*) INCIPIT LIBER II· FELICITER *Fλ* Q. HORATII FLACCI CARMINV̄ LIBER PMVS EXPLIC̄. || INCIPIT LIB̄ SECDS̄ *γ* HORATII FLACCI CARMINV̄ LIB̄ I· FINIT || INCIPIT LIBER II· *τ* (FINIVNT SAPHICA DE LIBRO PRIMO CARMINVM. INCIPIVNT DE LIBRO SECVNDO SAPHICA *B sed idem fol.* 176[b] CARMINV̄ LIƀ· I· EXPł || INCIP̄ LIƀ·II· *B*)

Q. HORATI FLACCI

CARMINVM

LIBER SECVNDVS

I

Motum ex Metello consule ciuicum,
bellique causas et uitia et modos,
ludumque Fortunae grauisque
principum amicitias et arma
nondum expiatis uncta cruoribus,
periculosae plenum opus aleae,
tractas et incedis per ignes

TESTIMONIA.

II 1. 1 Seru. ad Aen. VI 772 praem. 'prima ode' Diomed. 523 3 sq. 'grauesque — amicitias' Acr. ad c. II 19, 8 3 Plot. 9, 7 6—10 'blanditur iam Pollioni patrono quem tragoediarum et historiarum scriptorem Hor. fuisse testatur. nam in secundo carminum dicit de historiis: periculosum — doloso. item paulo post: paulum — theatris' Seru. ad ecl. 3, 84 7 sq. 'incedis — doloso' Seru. ad Aen. VIII 409

VARIA LECTIO.

II 1. AD ASINIVM POLLIONEM *B* LOQVITVR ASINIO POLLIONI (POLLONI *λ* POLLINI *ψ*1) VIRO CONSVLARI QVI INTERMISSIS TRAGOEDIIS BELLI CIVILIS HISTORIÃ DESCRIBIT *Fλ* AD ASINIṼ POLLIONẼ C̄SVLARẼ VIRṼ. PRACMATICE TETRACOLOS *γ* AD ASINIVM POLLIONEM CONSVLAREM VIRVM *τ* *inscr. om. A* 1 metællo *τ* consǒle *λ* 3 graues *u* 4 Principium *A* amititias *u* 5 tincta *Bentl. sed cf. mus. Rhen.* 1863, 275 6 Periculosę *λ* Pericolosae *B* alaeae *A* 7 incędis *πφ*

suppositos cineri doloso.
paulum seuerae Musa tragoediae
desit theatris: mox, ubi publicas
res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes coturno,
insigne maestis praesidium reis
et consulenti, Pollio, curiae,
cui laurus aeternos honores
Delmatico peperit triumpho.
iam nunc minaci murmure cornuum
perstringis aures, iam litui strepunt,
iam fulgor armorum fugacis
terret equos equitumque uoltus.
audire magnos iam uideor duces
non indecoro puluere sordidos
et cuncta terrarum subacta
praeter atrocem animum Catonis.
Iuno et deorum quisquis amicior
Afris inulta cesserat impotens
tellure uictorum nepotes

TESTIMONIA.

15 sq. Seru. ad ecl. 3, 88

VARIA LECTIO.

8 Subpositos *Aλτψpr.u* positos *Seruius ad Verg. Aen.* VIII 409 Suppositos *cett. Ac.* doloso? *Botheus* *uu.* 9—12 *del. Peerlk. Ritschelius* (*mus. Rh.* XI 634) *Gruppeus alii* 9 tragediae *u* tragoędię *π* 10 puplicas *u* 12 Cycropio *A* 13 mestis *Fπτu* presidium *γu* regis *A*1*πa.r.* 14 consulent *B* 16 Delmatico *A*1*Bγ* Dalmatico *cett. A*2 triumfo *B* 17 cornum *A*1 18 Perstringes *B* aureis *φ*(*cf. Corssenus de pronuntiatione e.q.s.* I 229) auras *γpr.* auræs *γcorr.* litui *π*2 halitus *π*1 19 fulgur *χ*(*σ*)*y opp. sch.γ* fugaces *uς* 20 æquitū *τ* uoltus *Fπ* uultus *cett.* 21 uidere magnos iam uideor *Beroaldus et Bentl.* anteire magnos iam uideo *Hanowius et Bernaysius opp. Acr. et sch.γ Porph. sch.λφ* 24 Preter *Fγλu* *uu.* 25—36 *del. Gruppeus* *uu.* 25—28 *post u.* 36 *pon. Scheibeus del. Peerlk. Ritschelius Prienius: ceterum cf. Silius* II 365 *et Lucanus* IIII 788 25 quisquis deorum *u* amitior *ψ* amicitior *u* 26 Affris *u* cessærat *τ* inpotens *Fλ Porph.* īpotens *B* *u.* 27 *om. A*1*τ*

rettulit inferias Iugurthae.
quis non Latino sanguine pinguior
campus sepulchris impia proelia
testatur auditumque Medis
Hesperiae sonitum ruinae?
qui gurges aut quae flumina lugubris
ignara belli? quod mare Dauniae
non decolorauere caedes?
quae caret ora cruore nostro?
sed ne relictis, Musa procax, iocis
Ceae retractes munera neniae:
mecum Dionaeo sub antro
quaere modos leuiore plectro.

II

Nullus argento color est auaris

TESTIMONIA.

II 2. 1 'secunda ode' Diomed. 523, sed nullus — auaris om. codd.

VARIA LECTIO.

28 Retulit *λu V*[*omn.Bland.*]*A*2 *Pph. opp. Ac. sch.γ cf. inscr. Neapol.* 2624 (196 *p. Chr.*) RETTVLERVNT iugurte (h) *ψ* iu///gurte *π* *uu.* 29—32 *del. Prienius et Gruppeus* 30 sepulcris *BFλu Acr. Porph.* inpia *λ* praelia *γλ* p̄lia *Bπ* prelia *u* 31 aditum *λ* 32 Haesperiae *F* Hæsperie *π* ruginae *γ* *uu.* 33—36 *del. Ritschelius Prienius Gruppeus Linkerus; sed cf. Ouid. tr.* IIII 2, 42 *et Sidon. ep.* I 5 '*Metaurus, cuius ita in longum felicitas uno die parta porrigitur, ac si etiam nunc Dalmatico salo cadauera sanguinolenta decoloratis gurgitibus inferret ...*' 33 Quis *χ*(*σp*2) *non Porph. Ac.* que *γ* 35 decolorabere *A*1 decolo*rauere u* cedes *u* caedis *φpr.* 36 hora *ψιu* 38 Caeae *Fπτu* [Ceae *omn. Bland.*] 39 dioneo *Ω* 40 Quere *Aγu*

II 2. AD SALLVSTIVM CRISPVM ENCOMIASTICE TETRACOLOS *AB* DICANE (DICANICE *δ*) AD SALLVSTIVM (SALVSTIVM (L) *φ*) CRISPVM QVOD (*om. π*) IVS (VIS *λ*) LIBERALITATIS EXTOLLIT GRATIA (GRACIA *λ*) *Fλπ* PROSPHONETICE TETRACOLOS SALVSTIO CRISPO IVS LIBTATIS EXTOLLENTI *γ* AD CRISPVM SALLVSTIVM *τ* *prior manus redit in A cf.* I 16, 17

abdito terris, inimice lamnae
Crispe Sallusti, nisi temperato
splendeat usu.
uiuet extento Proculeius aeuo,
notus in fratres animi paterni;
illum aget pinna metuente solui
Fama superstes.
latius regnes auidum domando
spiritum, quam si Libyam remotis
Gadibus iungas et uterque Poenus
seruiat uni.
crescit indulgens sibi dirus hydrops,
nec sitim pellit, nisi causa morbi
fugerit uenis et aquosus albo
corpore languor.
redditum Cyri solio Phrahaten
dissidens plebis numero beatorum

TESTIMONIA.

3 Victorinus de metr. Hor. p. 225 Gaisf. 9—12 Hildebertus moral. philosoph. 986 'idemque (sc. Hor.) in carmine lyrico ad reprimendam dominandi libidinem ita cecinit: latius — uni' Augustin. de ciuit. V 13 9—11 'Oratium . . . qui dicit in lyricis: latius — si Lybiam — iungas' Iohannes Victoriensis I 5 p. 292 Boehm. 13 Porph. ad epist. II 2, 146 17—19 'Hor. in II carminum: redditum — uirtus' Prisc. XVIII 130 17 '. . . in lyricis: redditum — Prahaten' Porph. ad epist. I 12, 27

VARIA LECTIO.

2 inimice *BFπτ* lame *A* lammae *τu opp. Acr. Porph.* 3 salusti *γλuς* 4 Slendeat *π* 5 Viuet *φ* Viuat A_2*χ(ϱ)* Viuit *π*$φ_1$*χ(n) Pph.bis Porph. opp. Ac. ς* euo *u* 7 agit *Fλχ(δϱσhnp) Pph. Porph. sch.λφ non cett. G Acr. et sch.γ* agit *π* pinna A_1*Bγ Acr. Pph. Porph.* penna *cett.* 8 Flamma A_1, *corr. alt. m.* 9 Letius *Apr.* Lacius *λ* Latium *τ* sylybiam *φ* libiam *ABγλu* lybiam *Fτ* lybyam *π* 11 (ungas *Hildebertus*) paenus *γπτ* penus *u* Phoebus *Peerlk.* Pontus *Schrader* finis *Meinekius opp. Acr. et sch.γ cf. mus. Rhen.* 1863, 275 *sq.* 12 Seru*iat π* *uu.* 13—16 *om.* $ψ_1$ 13 durus *u* [1 *Bland.*] hidrops *Aγ* ydrops *πu Ac.* 16 languor *ABπτφu Porph.* langor *cett.* 17 ciri *Au* phrahaten *γV* [*omn. Bland.*] $φ_2$*χ(h*s_1*)* prahaten *BFπτς (βδμϱσgp) Ac. Acr. et sch.γ Porph.* prahatem *λχ(αϑv)* phrahatem *u* phraaten *A* phraatem *χ(n*s_2*) Prisc.* 18 blebi $γ_1$ plebis *πa.r.τV* [*codd.*

eximit Virtus populumque falsis
dedocet uti
uocibus, regnum et diadema tutum
deferens uni propriamque laurum,
quisquis ingentis oculo inretorto
spectat aceruos.

III

Aequam memento rebus in arduis
seruare mentem, non secus in bonis
ab insolenti temperatam
laetitia, moriture Delli,
seu maestus omni tempore uixeris,
seu te in remoto gramine per dies
festos reclinatum bearis
interiore nota Falerni.
quo pinus ingens albaque populus
umbram hospitalem consociare amant

TESTIMONIA.

19—21 'Hor. carminum II: dedocet uti falsis uocibus' (falsis u: del. Hertzius) Prisc. XVIII 46

II 3. 1—4 'aequam — laetitia' Hildebertus moral. philosoph. p. 979 1 sq. 'equam — mentem' Vincentius Bell. VII 70 florileg. Paris. 8818[a] 1 Diomed. 523 (om. 'tertia ode')

VARIA LECTIO.

Bland.]ω *et in confusa interpretatione Porph.* plebi *cett. G Prisc. Acr. et sch.γ Pph. sch.λφ* beatum *A2φ2γω Fea opp. sch.λφ sch.γ i.t.*

u. 19 *om.* τ1 20 Dedoce*t* π 23 ingentes γτu 24 acerbos ψ

II 3. AD DELLIVM *B*τ AD DELIVM *A*χ(σ1) PARANETICE IMMO SYMBOLEVTICE (SIMBOLEVTICE γ) DELLIO *F*γ PARANETICE SYMBOLEVTICE DELLIO. DELLIVM ALLOQVITVR ADQ. COHORTATVR EVM AD EQVITATEM ANIMI ET VOLVPTATEM QM MORS SEQVVTVRA OBNVBET OMNES λ [AD GELLIVM '*V*'1 *ut uid.* AD BELLIVM 1 *Bland.*] DELLIVM *test. Ac. Acr. et sch.γ Porph.* 2 in bonis] ac bonis *y*(*codd. Lambini, Berol.*1) *Hildebertus Bentl. Peerlk.* 4 Letititia *B* Letitia γφu Leticia λ 5 Saeu π mestus *BF*πτu 9 qua *y*(*codd. Lambini*) *Lambinus et Bentl.* quor *Lachmannus. sed* quo = *ubi, ut quo locorum* I 38,3 10 Vmbra γ1 consotiare ψu

ramis, * quo et obliquo laborat
lympha fugax trepidare riuo:
huc uina et unguenta et nimium breuis
flores amoenae ferre iube rosae,
dum res et aetas et sororum
fila trium patiuntur atra.
cedes coemptis saltibus et domo
uillaque flauos quam Tiberis lauit,
cedes, et extructis in altum
diuitiis potietur heres.
diuesne prisco natus ab Inacho,
nil interest, an pauper et infima
de gente sub diuo moreris,
uictima nil miserantis Orci:

TESTIMONIA.

15 'dum res et aetas et sororum νήματα πορφύρεα πλέκονται' Ausonius epist. XII 44 sq. 18 'Hor. carmin. lib. II 'uillaque — lauit' Eutych. 2186 21—27 'diuesne — exitura' Hildebertus moral. philos. p. 988 22 sq. 'nichil — sub diuo morieris' Vincentius Bellou. VII 70 23 sq. 'bene dixit de Iunone diuam, respiciens etymologiam. nam in Hor. legimus: sub diuo moreris uictima nihil miserantis Orci i. e. sub aere, quem constat esse Iunonem' Seru. ad Aen. XII 139

VARIA LECTIO.

11 quo et *y*(*cod. Bentlei*) quod *τ* *Ac.* quo $\gamma u \lambda_2 \varphi_2 \varsigma \omega$ *Pph. ut uid.* ('quo] *ubi' sch.γ 'ad quem locum' sch,λ 'in illo loco' sch.φ*) quid *A a.r.BF*λ_1?*πG*'*V*'[*et* 1 *al. Bland.*] *Porph. sch.λφ alt.l.* (*interpr. 'sc. si ea non utimur'*) quoque *χ*(*v*)*y* quia *Ap.r.* qua et *Cuninghamus* ramosque et *Bentl.* ramisque et *Hauptius* ramis, et *Fea et Peerlk.* cannisque et *G. Hermannus cf. mus. Rhen.* 1863, 276 12 Lymfa *B* Limpha *πτu* Nympha (N *minio picta*) *ψ* fugas *τ* 13 Hunc *πa.r.ψ* ungenta *Bπu Acr.corr.* breuis *ABγτχ*(*αpsι*) *Acr. et sch.γ* (*'genitiuus est' interpr.*) breues *Fλπuς* 14 amenae *u* amaenae *γτ* amoenos π_1 *ut uid.* amoenæ π_2 16 paciuntur *τ* patientur *χ*(*ϑ*) *opp. Ac.* *uu.* 17—28 *del. Gruppeus* *uu.* 17. 18 *om.* $\gamma_1 \pi_1 \tau_1 \chi(\varrho_1)$ 17 Caedes *F* 18 flauos *B* fla^u^us *ψ* flauus *cett.* lauat *ABτ*$_2$*y uid. Kirchneri nou. quaest. p.* 56 laū π_2 ('lauit] *antique posuit' sch.λφ*) 19 exstructis *Ac.* 20 Diuiciis *τ* pocietur *τ* 21 *sqq.* Diuesne prisco et natus ab Inacho, nil interest, an pauper et infima de gente: sub diuo moraris uictima nil miserantis Orci *Peerlk. itemque distinxerat Wakefieldus* 22 Nihil *πτ* Nichil *Fu* 23 dio A_1*Bλω* *Acr. Hildebertus* diuo *cett.* A_2 *Pph. sch.γ* 24 nihil *πa.r.ψ* nichil *φ* orci *γ* orei *π*

omnes eodem cogimur, omnium
uersatur urna serius ocius
sors exitura et nos in aeternum
exilium impositura cumbae.

IIII

Ne sit ancillae tibi amor pudori,
Xanthia Phoceu: prius insolentem
serua Briseis niueo colore
mouit Achillem;
mouit Aiacem Telamone natum
forma captiuae dominum Tecmessae;
arsit Atrides medio in triumpho
uirgine rapta,
barbarae postquam cecidere turmae
Thessalo uictore et ademptus Hector
tradidit fessis leuiora tolli
Pergama Grais.

TESTIMONIA.

25—27 'unde Hor. omnium uersatur urna serius ociusue sors excitatur' mythographus III tract. 9, 12 ap. Mai auct. class. III 240
II 4. 1 'quarta ode: ne — pudori' Diomed. 523

VARIA LECTIO.

26 Versat. *B* serius et o: *u* otius *γψu* 28 Exitium *FπuG* A_2*χ*(*βμϱσhv*) Exicium *λχ*(*np*) (Auxilium *per errorem sch.y*) inpositura *Fπu Pph.* cumbae A_1*BFχ Ac.* cymbae *γλπ*(ȳ *in ras. π*) A_2*χ* $Pph._2$ cimbae *τuχ* cimbe *sch.y i.t.*

II 4. ANCILLAM AMARE CRIMEN NON ESSE *AB* PROSPHONETICE ALLOQVITVR SODALEM SVVM FOCEVM MONENS NE DESERAT CONCVBINAM SVAM PHILLIDEM APPETENS TALEM QVALIS FVIT XANTHIA *Fλ* · PROSPHONETICE AD XANTHIĀ SODALĒ GENERE FOCEVM ANCILLĀ AMARE CRIM̄ N̄ EE͠ *γ* AD XANCHIAM TRALIPTAM. ANCILLAM AMARE CRIMEN NON EE͠ PROTREPTICE TETRACOLOS *τ* 2 Xanethia *τ* Xantia *ψu* foceu *AB* 3 breseis *Fπ* brisaeis *λ* 6 domino *Apr.* tecmessae *ABγτ* tegmessae *Fλπ* temessae *y*[1*cod.Bland.*] *Acr.* themessȩ *u* 7 mediū ī triūpho *B* 8 rapta] capta *Ac.ω* *uu.* 9—12 *del. Peerlk. et Schwenckius* 9 Barbare *Fγτ* 10 adeptus $ψ_1$ ademptus *B* haector *Fπ* ~~equor~~ hector *A* 11 fesis $γ_1$ 12 graiis *BAcorr.* gragis *γ* gais $ψ_1$

nescias, an te generum beati
Phyllidis flauae decorent parentes;
regium certe genus et penatis
maeret iniquos.
crede non illam tibi de scelesta
plebe dilectam, neque sic fidelem,
sic lucro auersam potuisse nasci
matre pudenda.
bracchia et uoltum teretisque suras
integer laudo: fuge suspicari
cuius octauom trepidauit aetas
claudere lustrum.

V

Nondum subacta ferre iugum ualet
ceruice, nondum munia comparis
aequare nec tauri ruentis

TESTIMONIA.

13 sq. Acron uolgatus ad epod. 8, 11 om. Acr. et sch. γ 21 sq. 'brachia — laudo' Seru. ad Aen. VI 207

II 5. 1 'quinta (sexta codd.) ode: nondum — ualet' Diomed. 523 3 sq. 'nec — pondus' Acron uolgatus ad c. II 8, 21 non Acr. et sch. γ

VARIA LECTIO.

13 ante *Bγ* 14 Philli difflauae *F* Phillidis *γτu* flaue *γ* 14 decorant *τ* 15 Regum *ψ* g̈enus ċerte *τ* penates *γτψu* poenates *φ* 16 Meret *AFλπτu* 17 ill*a*m *τ* scęlesta *φ* 18 dilectam *ABFλuςGV* [*omn.Bland.*] delectam *γτχ(αϑ1σp)* 19 aduersam *χ(ϑ)Ac.pr. opp. Acr. et sch.γ* [*omn.Bland.*] 20 pudanda *λ* 21 Brachia *Ω* uultum *ABγτu* teretes *Fγπuτ2* 22 *fuge suspicari u, om. u1* 23 Cui *F* octauum *Ω* etas *A* 24 condere lustrum *Bentl.*

II 5. NON ESSE PROPERANDVM AD VIRGINIS OSCVLVM *ABτ*, *τ add.* ODE TETRACOLOS *AD GABINIVM τ* EVTICE AD SODALEM PER ALLEGORIAM VERO DICIT OMNIA AD LALAGEN VIRGINEM *F* ODE TETRACOLOS PER ALLEGORIAM N̄ EE PROPERANDV̄ AD VIRGINIS OSCVLV̄ VERO *OMNIA* AD LALAGEN DICIT *γ* EVTICE AD SODALEM PER ALLEGORIAM DICIT OMNIA NON ESSE PROPERANDVM AD VIRGINIS OSCVLVM *λ* 1 iugūt *Apr.* 2 conparis *u* cōparis *ABπτ* 3 Equare *u*

in uenerem tolerare pondus.
circa uirentis est animus tuae
campos iuuencae, nunc fluuiis grauem
solantis aestum, nunc in udo
ludere cum uitulis salicto
praegestientis. tolle cupidinem
immitis uuae: iam tibi liuidos
distinguet autumnus racemos
purpureo uarius colore.
iam te sequetur: currit enim ferox
aetas, et illi, quos tibi dempserit,
apponet annos: iam proterua
fronte petet Lalage maritum,
dilecta quantum non Pholoe fugax,
non Chloris albo sic umero nitens,
ut pura nocturno renidet
luna mari Gnidiusue Gyges:
quem si puellarum insereres choro,
mire sagacis falleret hospites

TESTIMONIA.

8 sq. 'Hor. in II (I libri) carminum: ludere — praegestientis' Prisc. XIIII 46 14 sq. 'et — apponet' schol. Pers. 2, 2 22 sq. 'sagaces — obscurum' schol. Iuuen. 15, 137

VARIA LECTIO.

4 tollerare *B* tollörare *γ* 5 uirentes *λuτcorr.ς* 7 estum *u* 9 Pregestientis *Aλτ* 10 Inmitis *Fπ Pph.* īmitis *B* 11 Distinget *Aλ non Ac. Pph.* autunnus *u* 12 Purpu*reo* uario colore *u* uarios *γω Bentl.* uarious *Ald.* 1481 13 sequitur *Fγπτ* curret *Fλa.c.πuχ(δhsv) non Pph.* foerox *τ* fugax *Wakefieldus* 14 *sq.* quod . . . annus *uel* quot . . . annos *Bentl.* 14 demserit *πpr.ψ1* 15 Adponet *Fλπ Porph.*
16 petit *γτ*(tit *in rasura*)*χ* pet *λ1* 17 non *om. F* foloe *γ* phole *B Ac.pr.* fugax] ferox *Wakefieldus* 18 cloris *u* doris *χ(v)* sic renitens humero *u1* umero *A Pph.* omero *B* 19 para *γ1* puro *τ* nocturna *τ* renitet *FuχAcorr.Buar.πcorr.* 20 cnidiusue *Bπ Pph.* gnidiusque *λuχ* gnidiusq, *τ* gnidiusue *rell. Ac.* gyges *Bλuχ* guges *Pph.* giges *Aγτπcorr.χ Ac.* gies *Fπpr.χ(σhspr.)* *uu.* 21—24 *del. Peerlk.* 21 īserere *B* 22 sag*aces f*alleret *u* sagacis *Aγ Porph.* sagaces *cett.*

discrimen obscurum solutis
crinibus ambiguoque uoltu.

VI

Septimi, Gadis aditure mecum et
Cantabrum indoctum iuga ferre nostra et
barbaras Syrtis, ubi Maura semper
aestuat unda:
Tibur Argeo positum colono
sit meae sedes utinam senectae,
sit modus lasso maris et uiarum
militiaeque.
unde si Parcae prohibent iniquae,
dulce pellitis ouibus Galaesi
flumen et regnata petam Laconi
rura Phalantho.
ille terrarum mihi praeter omnis
angulus ridet, ubi non Hymetto

TESTIMONIA.

II 6. 1 'sexta (quinta libri) ode . . . Septimi — et' Diomed. 523 'Septimi — mecum' Acron ad epist. I 9, 1 3 sq. 'sic de Syrtibus Hor.: ubi — unda' Seru. ad Aen. V 192 5 'Hor. carminum libro III (sic codd.) Tibur — colono' Prisc. II 48 13 sq. 'ille — ridet' Seru. ad ecl. 7, 55

VARIA LECTIO.

24 uoltu *Fπ G* uultu *cett.*

II 6. AD SEPTIMIVM (SEPTIMVM *A*) *AB* PROSPHONETICE SEPTIMIO *F* AD SEPTIMIVM (SEPTIMVM *τ*) PROSPHONETICE (PROSPENETICE *τ*) TETRACOLOS *γτχ*(*α*) 1 gadis *B Porph. i. t. Acr. ad* I 9, 1 cadis *Diomedis cod.* gades *cett.* et *om. Fπu₁χ* 3 sirtis *γ* syrtes *λψ* syrthes *φ* sirtes *u* 4 Estuat *γu* 5 Tybur *u* argę *B* argaeo *γ* argiuo *G* '*V' uar. sed cf. Ouid. amor.* III 6, 46 golono *B* 6 maeæ *φ*
7 modus] domus *Peerlk. opp. Acr. et sch. γ Porph. sch. λ et cf. Auieni descr. orb.* 100 9 parce *γψ* inique *γψ* iniq̄ *π* 10 galaesi *Aχ* galesi *cett.* ϛ Galaesum *nescio quis* 11 lacono *B* 12 phalantho *A₁Bλτ cum Strabone et Pausania* palantho *γφψp. ras. Ap. r. Acr.* pallantho *ψpr.* palanto *uπcorr.* falanto *πpr.* 13 preter *γu* omnis *π* omnes *cett.*
14 hymeto *Fu* himeto *γτ Ac.*

mella decedunt uiridique certat
baca Venafro,
uer ubi longum tepidasque praebet
Iuppiter brumas et amicus Aulon
fertilis Baccho minimum Falernis
inuidet uuis.
ille te mecum locus et beatae
postulant arces; ibi tu calentem
debita sparges lacrima fauillam
uatis amici.

VII

O saepe mecum tempus in ultimum
deducte Bruto militiae duce,
quis te redonauit Quiritem
dis patriis Italoque caelo,

TESTIMONIA.

17 sq. 'uer—Iuppiter umbras' Seru. ad georg. II 149 18 sq. 'et amicus Aulon fertilis Baccho' Seru. ad Aen. III 553

II 7. 1 praem. 'septima ode' Diomed. 524 3 'qui te—Quiritem' Sergius in Donat. 1843 cf. 'qui te Quirites donauit' Probus p. 195 K. 'Quiritem' Cledonius 1898

TESTIMONIA.

15 certa *A* 16 Bacca *γλψpr. Ac. non Porph.* Baccha *u* uenastro *τ* uenȝ afro *B* 17 Verbi *Apr.* prebet *ψ* 18 Iupiter *γ* amicus *om.* π_1 *add. alt. m.* amictus *Nic. Heinsius* apricus *Bentl.* (*cf. Flor.* I 16 '*amici* [*sed uar. lect. 'amicti'*] *uitibus montes*') alcon *u* 19 Fertili A_1*BγπτuGV*[*omn. Bland. ut uid.*]*χ* Fertilis *Fλ*A_2*χ*(*βδϑp*) *Seruius Bentl.* bacho *Aτ* bacco *λψ* minimum A_1*Bγλπτ*u_2*ς Acr. et sch.γ Porph. sch.λφ* nimium *F*$u_1$$A_2$*χB uar. Pph.* 22 ubi *Fuχ opp. sch.γ* 23 fauilā *τ* 24 '*Legitur et uatis Orati* (*oratii sch.λφ*)' *sch.λπφ cons. Porph.*

II 7. AD POMPEIVM (PONPIVM *A*) VARVM *AB*, *sed* E *erasa* PRAGMATICE AD HORATIVM (HORACIVM *λ*) POMPILIVM CŌMILITONĒ BRVTIANV̄ QVĒ RECEPTV̄ IN PATRIA INVITAT *Fλ* PRACMATICE VEL PROSPHONETICE TETRACOLOS AD ORATIVM POMPIVM CONSODALEM *γ* AD PŌPIV̄ VARVM. ꝐPONETICE TETRACOLOS *τ* 1 sepe *Aτ* 2 Deductę *B* 3 Quiritum *Heinsius opp. Ac. Acr. et sch.γ* 4 Dis *u* Diis *cett.* celo *u*

*Pompei, meorum prime sodalium,
cum quo morantem saepe diem mero
fregi coronatus nitentis
malobathro Syrio capillos?
tecum Philippos et celerem fugam
sensi relicta non bene parmula,
cum fracta uirtus et minaces
turpe solum tetigere mento.
sed me per hostis Mercurius celer
denso pauentem sustulit aere;
te rursus in bellum resorbens
unda fretis tulit aestuosis.
ergo obligatam redde Ioui dapem,
longaque fessum militia latus
depone sub lauru mea nec
parce cadis tibi destinatis.
obliuioso leuia Massico
ciboria exple; funde capacibus

TESTIMONIA.

10 cf. 'domnus Bruno quoque parmula non bene relicta...turpiter fugit' Adalbodi uita Heinrici II imp. c. 26 Pertz monum. Germ. VI p. 690 13 sq. 'in carminum libris ait, Mercurii se ope seruatum cum Mercurius illum pauentem sustulit in aerem' Acron ad serm. II 6, 15 17 'Hor....in II carminum: ergo—dapem' Prisc. VII 41 19 'licet Hor. dixerit: depone sub lauru mea: melius tamen est iuxta secundam formam inflectere' Seru. ad ecl. 2, 54

VARIA LECTIO.

5 Pomp*ilim*eorum *A* Pompim eorum A_1 Pompi *Bγλτχ Ac. Acr. et sch.γ* Pompili *Fπuχ Porph. sch.λφ* 6 sepe *Aλ* 7 Fregi *nite*ntes coronatus *u* coronatus] comptus *Fπ* nitentes *Bψu* 8 Malobatro *γu* Malo bartho *τ* Malo brațhro ψ_1 (*priore* r *erasa*) sirio *u* 11 freta *Pph. non diss. Porph.* fracta *Ω sch.γ Ac. sch.φ* ('fracta uirtus *sc. est, ad nihilum redacta' sch.γ*) 12 Turpe! solum *G. Fabricius Bentl. Peerlk. opp. sch.λφ* mentes *Hamacher* 13 hostes *Fu* 14 sustulit ab aere $F\pi_1$ 15 rurs*us*in *γ* 16 estuosis *Au* 17 dape ψ_1 *uu.* 19—28 *om. B* 19 lauro *G* laurů *μ opp. Seru.* (*Laurus secundae et quart*(*a*)*e declinat. habetur sicut et pinus* (*pirrus sch.λ*) *teste Prisciano* (*priscianus sch.φ*) *sch.λφ*) 22 capacius *legisse uidetur Acron*

unguenta de conchis. quis udo
deproperare apio coronas
curatue myrto? quem Venus arbitrum
dicet bibendi? non ego sanius
bacchabor Edonis: recepto
dulce mihi furere est amico.

VIII

Vlla si iuris tibi peierati
poena, Barine, nocuisset umquam,
dente si nigro fieres uel uno
turpior ungui,
crederem: sed tu simul obligasti
perfidum uotis caput, enitescis
pulchrior multo iuuenumque prodis
publica cura.
expedit matris cineres opertos

TESTIMONIA.

23—25 'quis — curatque myrto' Porph. ad c. II 11, 18 25 sq. 'quem — dicit bibendi pro designat' schol. Vergil. georg. III 125

II 8. 1 'octaua ode: ulla — perierati' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

23 Vngenta *λτ* 24 choronas *φ* 25 mirto *AFγu* arbitrium *τ* 26 sa//n//us *τ* 27 Bachabor *πτ* Baccabor *F* edoni^{i}s *π* edoniis *cett. Ac. Pph.* 28 michi *φ*

II 8. AD BARINEN (VARINEN *ABuar.*) *ABτ* PROSAGOREVTICE IVLLAE (IVLIAE *λπ*) BARINAE (BARINE *λφ* DARINAE *π*) IN MERETRICEM RAPACEM AC PERIVRAM *Fλπ* (*Iullae nomen ex prima carminis uoce* 'Vlla' *natum esse uidit Ritterus*) PROSAGOREVTICE IVLLIĘ VARINĘ IN MERETRICEM RAPACEM AC PERIVRAM *γ* [AD IVLIAM BARINEN *codd. Bland.*] 1 perierati *B Diomed.* 2 Pęna *u* Pęne *γ* barine *Bλπτψu φcorr.ς(βδϑμσnsv) Acr. alt. l. Pulmannus* barinae *φ*$_1$*A*$_2$*χ(hp) sch.λφ (sed corrigenda)* b. *Pph.* uarine *γBuar.χ(α)y Acr. alt. l. et sch.y (ceterum idem sch.y* 'uarina' *i. t.) Porph.* uarinę *A*$_1$. *alii alia coniecerunt:* Barcine (*Peerlk.*) Larine (*Bentl.*) Carine Earine Nerine Barrine 5 Crederent *ψpr.* 6 capud *u* nitescis *B* 7 Pulcrior *ψu* multum *γpr.* 8 Puplica *τψpr.* 9 matres *A*$_1$*γ(uar.* matris) *Ac.* cineris *Fπ*

fallere et toto taciturna noctis
signa cum caelo gelidaque diuos
morte carentis.
ridet hoc, inquam, Venus ipsa, rident
simplices Nymphae, ferus et Cupido
semper ardentis acuens sagittas
cote cruenta.
adde quod pubes tibi crescit omnis,
seruitus crescit noua, nec priores
impiae tectum dominae relincunt
saepe minati.
te suis matres metuunt iuuencis,
te senes parci miseraeque nuper
uirgines nuptae, tua ne retardet
aura maritos.

VIIII

Non semper imbres nubibus hispidos
manant in agros, aut mare Caspium
uexant inaequales procellae
usque; nec Armeniis in oris,

TESTIMONIA.

23 sq. 'tua — marito' schol. Vergil. Aen. VI 204
II 9. 1 praem. 'nona ode' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

11 celo *Aλu* 12 carentes *Fu* 14 nymphe *λ* nimphae *AFγu* 15 ardentes *τu* 19 Impie *A1* relinq̌unt *Bπ* relinqunt *u* relinquunt *cett.* 20 Sepe ////minati *φ* Sepe *Aλτ* 23 Virginis (e) *π* *t*ua *π* ne r:] netardet *A1* 24 aura] Cura *y*(*Dresd. a*)*Bentl. opp. Acr. et sch.γ*

II 9. VALGIVM CONSVLAREM AMICVM SVVM CONSOLATVR *AB* PARANETICE CONSOLATIO (CONSOLACIO *λ*) AD VALGIVM RVFVM. NE DIV DOLEAT *Fλ* VALGIVM CONSVLAREM AMICVM CONSOLATVR. PARANETICE TETRACOLOS *γ* VALGIV̄ AMICV̄ CONSVLARĒ CONSOLATVR *τ*
1 imbre *Diomedis codd.* ymbres *π* 3 Versant *y* inequales *γ1u* 4 armeniis *ψ* horis *γ1πu*

amice Valgi, stat glacies iners
menses per omnis aut aquilonibus
  querqueta Gargani laborant
    et foliis uiduantur orni:
tu semper urges flebilibus modis
Mysten ademptum; nec tibi Vespero
  surgente decedunt amores
    nec rapidum fugiente solem.
at non ter aeuo functus amabilem
plorauit omnis Antilochum senex
  annos, nec inpubem parentes
    Troilon aut Phrygiae sorores
fleuere semper. desine mollium
tandem querellarum, et potius noua
  cantemus Augusti tropaea
    Caesaris et rigidum Niphaten
Medumque flumen gentibus additum
uictis minores uoluere uertices,
  intraque praescriptum Gelonos
    exiguis equitare campis.

TESTIMONIA.

10—12 'nec tibi — solem' schol. Statii Theb. VI 239 21 sq. 'mediumque — uertices' schol. Stat. Theb. XI 508 22 'minores — uertices' Seru. ad Aen. VIII 726

VARIA LECTIO.

5 glatics *u* inhers *πa.r.* 6 omnes *BFτu* 7 Querqueta A_1*B* *π*1*V*[*codd. Bland.*] *Acr. comm.* Quer*ceta A* Quer ceta *Fτχ*(*p*) *Ac.* (*cf. u.* 18 quere larum) Querceta *γλuς sch.y uide gymnas. Austriac. annal.* 1862, 329 8 Aut *y* 9 urgues *χV*[*codd. Bland.*] *Pph. Porph.* urg^u^es *π* urges *cett. Ac.* 10 Mystem *λ* Misten *Byu* adeptum *γ* uespere *π* 11 cedunt *Fπτuχ* decidunt *γ* 12 rapido fugiente sole *B* 14 oĩs *BFu* anthilocum *ψ*1*u* 15 impubem *Bu* inpubem *cett.* parente *τ* 16 phrigiae *BFπτu*A_2 phrigie A_1 17 Flere *B* 18 querellarum A_1*γφχ Ac.* quęrellarum *πτ Pph. Porph.* quere larum *λ* querelarum *Bψu*A_2 19 tropaea A_1*B* tropea *Fπ* trophea *cett.* A_2 20 Cesaris *τ* nifaten *FPph.* niphatem *λ*1*u* nyphaten *γ* 21 ad*d*itum *A* aditum *ψ* 22 uertere *y* tollere *y*(*Basil.*1) *sch.Stat.* uortices *ω* 23 prescriptum *γu* perscriptum *ψ* 24 aequitare *λτ*

X

Rectius uiues, Licini, neque altum
semper urgendo neque, dum procellas
cautus horrescis, nimium premendo
litus inicum.
auream quisquis mediocritatem
diligit, tutus caret opsoleti
sordibus tecti, caret inuidenda
sobrius aula.
saepius uentis agitatur ingens
pinus et celsae grauiore casu
decidunt turres feriuntque summos
fulgura montis.

TESTIMONIA.

II 10. 1 praem. 'decima ode' Diomed. 524 5—8 praeter 'caret inuidenda' Hildebert. moral. philos. p. 988 5 cf. 'quae uocatur aurea . . . mediocritas' Auson. gratiarum actio p. 710 'auream deserens discretionis mediocritatem' translatio S. Dionysii Areopagitae c. 6 p. 358 (Pertz uol. XIII) 9—12 'saepius (sepe Vincent. florileg.) uentis agitatur (agitur floril. agitatus Hildebert.) ingens pinus; et celsae (celse Vincent. floril.) grauiore casu (lapsu Hildeb.) decidunt turres feriuntque summos fulgura montes' Vincent. Bellou. VII 70 floril. Par. 8818ᵃ Hildebertus l. c. 11 sq. 'feriuntque — montes' Hieronymus epist. 60 ad Heliodorum 16 (Vallars. I 342 A), idem epist. 108 ad Eustochium 18 (Vallars. I 702 C) Isidorus iunior de natura rerum c. 30, 4 (p. 57 ed. Becker)

VARIA LECTIO.

II 10. LICINIVM ALLOQVITVR NE SEMPER (S̄R *B*) MAGNA TEMPTET *ABτ* AD LICINIVM MVRENĀ (MVRENA *λ*) OPTIMVM ESSE MEDIVM STATVM VITAE (MEDIVM VITAE STATVM VITAE *λ*) *Fλ* AD LICINIVM MVRENAM OPTIMVM ESSE MEDIVM VITAE STATVM NEC SEMPER MAGNA TEMPTARE *γ* 2 urguendo *πV*[*codd. Bland.*]*χ*(*δs2*) *Pph.* urgendo *cett. Ac.* 3 praemendo *λ* 4 iniquum (iniq̆um *ψu*) *Ω* 6 diligit tutus, caret *Bentl.* caret *γ* opsoleti *Aλ* obpsoleti *B* obsoletis *F1π sch.λφ* obsoleti *γτu Acr. et sch.γ* 9 Sepius *ABγλ* sepe *Vincentius* Saeuius *y*(*Valarti cod. Sorbon. suspectissimus*) *Cuninghamus Burmannus Sanadonus Iahnius Fea opp. Acr. et sch.γ* uentos *B* 10 excelsae *Brodierus et Fea* ęlsę *π* 11 Feruntq. *γ1* 12 Fulgora *Bγχ*(*h*) *Ac.* Fulgura *cett. V*[*omn. Bland.*] Fulmina y montes *B* montes *Fγπτu*

sperat infestis, metuit secundis
alteram sortem bene praeparatum
pectus. informis hiemes reducit
  Iuppiter, idem
summouet. non, si male nunc, et olim
sic erit; quondam cithara tacentem
suscitat Musam neque semper arcum
  tendit Apollo.
rebus angustis animosus atque
fortis appare; sapienter idem
contrahes uento nimium secundo
  turgida uela.

XI

Quid bellicosus Cantaber aut Scythes,
Hirpine Quinti, cogitet Hadria
  diuisus obiecto, remittas

TESTIMONIA.

13—18 'sperat — erit' partim mendose Hildebert. moral. philos. p. 976 21—24 Hildeb. mor. ph. p. 979 21 sq. 'rebus in angustis — apparet sapienter idem' Vincentius Bell. VII 70
II 11. 1 praem. 'undecima ode' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

14 preparatum γφ preparatam ψ 15 informes *Fγτu* 16 Iupiter γ 17 Submouet *B* si m:] simile *B* 18 cytharae *F*χ(δ) cythare πχ(σvι) citharae χ(*hp*)*y* *Bentl.* cithara *cett.* 20 appollo λι 21 adq. *Pph.* 23 Contraes ψ Contrahis (e suprascr.) π

II 11. AD HIRPINVM (AD QVINTIVM H: τ) MONENS VNVMQVEMQ. (VNVMQVĀQ. τ) VTILITATI SVAE (SVA *A*) CONSVLERE *ABτ* AD QVINTIVM HIRPINVM N̄ ESSE COGITATIONES NR̃AS IN DIVERSV̄ MITTENDAS *F* AD Q: H: N̄ ĒĒ C: *NOSTRAS* IN DIVERSAS MITTENDAS S& VTILITATI SVĘ QVĒQ. C̄SVLERE γ AD QVINTIVR H: MONES VNVMQVEMQ. VTILITATIS SVAE CONSVLERE, NON ESSE COGICIONES NOSTRAS IN DIVERSVM MITENDAS λ *totum carmen del. Peerlk.*
1 ·uid γ contaber τ aut *expos. metr. Ac.* et Ω *Pph. Diomed.* scithes *ABλ* scites *F* cithes γ 2 Hyrpine *πu* quincti *Aω* quinte *B* (Quintum *Porph. i. l.*) adria *Fπu*

quaerere, nec trepides in usum
poscentis aeui pauca: fugit retro
leuis iuuentas et decor, arida
pellente lasciuos amores
canitie facilemque somnum.
non semper idem floribus est honor
uernis neque uno Luna rubens nitet
uoltu: quid aeternis minorem
consiliis animum fatigas?
cur non sub alta uel platano uel hac
pinu iacentes sic temere et rosa
canos odorati capillos,
dum licet, Assyriaque nardo
potamus uncti? dissipat Euhius
curas edacis. quis puer ocius
restinguet ardentis Falerni
pocula praetereunte lympha?
quis deuium scortum eliciet domo
Lyden? eburna dic age cum lyra
maturet, *in comptum Lacaenae
more comas religata nodum.

VARIA LECTIO.

4 Querere *γu* ne *γu Hauptius opp. Ac. Porph.* inu//sum (*fuerat* i) *φ* in usu *Hauptius* 6 Lenis *u*ı 8 Canicie *F* canitia *Porph.* Canitiæ *τ* Canitia(es) *π* sonnum *u* 9 honos *ω* 10 nec *γ* 11 Vultu *ABγλτu* eternis *u* 13 subacta *τ* 15 odorata *τy* (*Oberlini A, Feac Ch. C. a 2. m.*) 16 assyria *Aφ Porph. cons. sch.λ* assiria *γλπτu Acr. et sch.γ* asyria *ψ* asyrio(s) *B* (*femininum test. schol.*) *uu.* 17—24 *del. Peerlk.* 17 cuncti *B* euchius *Fπcorr.* euchus *πpr.* euius '*V*'ı euhius *cett.* [*rell. Bland.*] *Acr. Porph.* 18 edaces *Fγτu* otius *γu* 19 Restinget *B* Restringet *A* Restinguet *cett. Pph.* 20 preтereunte *Aγλτu* limpha *γu* 21 scortum *om. A*ı, *add. alt. m.* eliciet *A* elic&(i) *γ* elicit *τ* 22 Lydem *λ* Liden *γτu* Lide *π*ı lira *γu* 23 in comptum *ABλχ* incomptum *Fγπτϛω Ac. Pph.* inconptum *u* incomptam *y*(*cod. Torrenti*) *Bentl. capillos simpliciter pexos uel comptos eburnae illi lyrae melius congruere arbitramur, quam prorsus incomptos* lacenae *Fτu* 24 comas *γτGχ*(*αβ*ı*ϑσgps*) *sch.γ Acronis Guelfer-*

XII

Nolis longa ferae bella Numantiae,
nec durum Hannibalem nec Siculum mare
Poeno purpureum sanguine mollibus
aptari citharae modis,
nec saeuos Lapithas et nimium mero
Hylaeum domitosque Herculea manu
Telluris iuuenes, unde periculum
fulgens contremuit domus
Saturni ueteris; tuque pedestribus
dices historiis proelia Caesaris,
Maecenas, melius ductaque per uias
regum colla minacium.
me dulcis dominae Musa Licymniae
cantus, me uoluit dicere lucidum
fulgentis oculos et bene mutuis
fidum pectus amoribus,

TESTIMONIA.

II 12. 1 praem. 'duodecima ode' Diomed. 524 cf. Plot. 7, 10: 'bella ferae Numantiae' 9—12 'tuque — minacium' Seru. ad georg. II 42 13 Acron uolgatus et sch. γ ad serm. I 2, 64

VARIA LECTIO.

bytanus comae *ABλ1 Pph.* come *Ac.* comam *Fπuλ2χ sch.φ Bentl.* relegata *τ* religare *Pph.* nodo *Bentl.*

II 12. AD MAECENATEM (MEC: *A*) *AB* AD MECENATEM (MENATEM *λ1*) NON ESSE RES MAGNAS LEVI CARMINE DICENDAS *Fλ* AD MECENATEM NON ESSE LEVI CARMINE RES MAGNAS DICENDAS *γ* AD MECENAM. ꝐSPHONETICE TETRACOLOS *τ* 2 dirum *γω opp. Ac. sch.γ*[4 *Bland.*] annibalem *Fπu* anibalęm *λ* mari *λ* 3 Pęuo *γu* 4 Aptare *AB* cytharae *BFλπ* cythare *τ* 5 seuos *λπτu* suos *γ1* lapithas *F1γπ* laphitas *ABλτu* laphithas *F2* 6 Hylaeum *γ* Hileum *Fu* Hyleum *cett.* domitosue *Cuninghamus* *uu.* 9—12 *del. Linkerus* 10 Disces *B* p̄lia *Bπ* prelia *u* 11 Mecenas *AFγλτu* Mecaenas *π* 12 minatium *γπpr.τuχ* minatiuum *λ* minautium *χω* [minacium *omn. Bland.*] 13 dulces *Fλuχ(βσp)y* licimniae *A sch.γ* lycimniae *γτ* licinię *u Acr.* lycymniae *Fπ 'V'* [*'alii* 2 licymniae' *Cr.*] 14 lucidū & *χ(μ)* 15 Fulgentes *Fu*

quam nec ferre pedem dedecuit choris
nec certare ioco nec dare bracchia
ludentem nitidis uirginibus sacro
  Dianae celebris die.
num tu quae tenuit diues Achaemenes
aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes
permutare uelis crine Licymniae,
  plenas aut Arabum domos,
cum flagrantia detorquet ad oscula
ceruicem, aut facili saeuitia negat,
quae poscente magis gaudeat eripi,
  interdum rapere occupet?

XIII

Ille et nefasto te posuit die
quicumque primum, et sacrilega manu
  produxit, arbos, in nepotum

TESTIMONIA.

II 13. 1 praem. 'tertia decima ode' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

17 dedocuit *π*1   18 brachia *Ω*   21 quae] quem *τ*   achemenes *Fτ Ac.* achimenes *uπcorr.* achemenis *Porph.* archemenis *πpr.*   22 pingues *A1B Seruii cod. Cassel. opp. Acr. et sch.γ*   phrigiae *Aτu* frigiae *BF*   migdonias *ABπτu Acr.* micdonias *γ*   23 licimniae *Aπ Porph.* lycimniae *Fτ* licynię *λ* licinię *u* lycymnię *Pph.*   25 Dum *Fπχ(δϑσghps) non G Ac. Acr. et sch.γ Pph.*   flagrancia *λ* fraglantia *uπ2 sch.φ interpr. 'redolentia', opp. sch.γ* [flagrantia *omn. Bland.*] ^{de}torquet *A*   26 seuitia *Au* saeuicia *τ*   27 posscente *τ*   28 occupet *Ως(αβσnps) sch.γ Porph.* occupat *A2χ(ϑμghvpr.) comment. Bentl.*

II 13. AD ARBOREM *ABτ* AD ARBOREM CVIVS CASV PAENE (PENE *λψ* POENE *γ*) PERIERAT (*rell. om. γ*) A|QVA OPPRESSVM LITVS EXECRATVR (EXECATVR *λ*) *Fγλ*   1 Illum, et nefasto *N. Heinsius* Illum, o, nefasto *Bentl.* Illum nefasto *Buttmannus. Tota stropha damnatur Peerlk. Gruppeo Prienio aliis: contra synchysin ut formam execrationibus optime conuenientem defendit Doederlinus* · nef: te] nefaste *B*

perniciem opprobriumque pagi;
illum et parentis crediderim sui
fregisse ceruicem et penetralia
sparsisse nocturno cruore
hospitis; ille uenena Colcha
et quicquid usquam concipitur nefas
tractauit, agro qui statuit meo
te triste lignum, te caducum
in domini caput immerentis.
quid quisque uitet numquam homini satis
cautum est in horas. nauita Bosporum
Poenus perhorrescit neque ultra
caeca timet aliunde fata,
miles sagittas et celerem fugam
Parthi, catenas Parthus et Italum
robur; sed inprouisa leti
uis rapuit rapietque gentis.
quam paene foruae regna Proserpinae,

TESTIMONIA.

5 sq. 'Hor. carminum libro II: illum — ceruicem' Prisc. XVIII 106 13 sq. 'quid — est' floril. Paris. 8069 21 sq. Agroetius 2274 'Hor. quam pene uidimus furuae regna Proserpinae' Seru. ad georg. III 407

VARIA LECTIO.

4 Perneciem *F* Pernitiem *γπτu sch.γ* oprobrium (b *supra*) *u*, *cett. Ac.* obprobrium que *om. τ* 5 parentes *Bπpr.ψpr.* patris *Priscianus* pare*ntis* *τ* 6 ceruicem *om. λ* penitralia *Bu* 8 colchica *FπuA2ς* (*αβghιnsv* cho: *ϑ*) *Pph. Porph.*, *non G'V'*[*et* 1 *al. Bland.*] *Ac. et cf. G. Hermanni epit. doctr. metr.*[2] § 590 10 quistauit *γ* 12 capud *u* inmerentis *u Ac.* īmerentis *B* inminentis *π*ι 13 [Quid *codd. Bland.*] quisquis *u*ι 14 oras *F* bosforum *B Porph.* bosphorum *cett. Acr. et sch.γ sch.λ; sed Acr. I in interpretatione exhibuit* βοὸς πόρος. [... ***omnia scripta, alia per*** ph, ***alia per*** f ***litteram' Cr.***] 15 Poenus] Thyuus *Lachmannus et Hauptius* Thoenus *Linkerus* (*spicil. critic. p.* 5) Pęnus *u* perorrescit *F* 16 Ceca *Aιγτu* timetque *Axtius* timetue *Lachmannus* faeta *πu* 17 sagitas *ψ*ι *corr. alt. m.* celerem] reducem *Bentl.* 19 s& *γ* sed *cett.* improuisa *ABτ* lęti *Aγ* loeti *Fπτu* 20 gentes *FγπτuA2* 21 pene *ABγλπτ* pęnę *u* forue (v *supra*) *A*

et iudicantem uidimus Aeacum
sedesque discriptas piorum et
Aeoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus
et te sonantem plenius aureo,
Alcaee, plectro dura nauis,
dura fugae mala, dura belli.
utrumque sacro digna silentio
mirantur umbrae dicere; sed magis
pugnas et exactos tyrannos
densum umeris bibit aure uolgus.
quid mirum, ubi illis carminibus stupens
demittit atras belua centiceps
aures et intorti capillis
Eumenidum recreantur angues?
quin et Prometheus et Pelopis parens
dulci laborem decipitur sono,

TESTIMONIA.

26 sq. cf. 'Alcaeus in parte operis aureo plectro merito donatur' Quintil. instit. X 1, 63 34 'ubi iacebat Cerberus uel, ut ait Hor., belua centiceps' Seneca ludus de morte Claudii 13, 3

VARIA LECTIO.

forue *A1 Ac.* (feruae, v *ab alt. m. s*) *cf. fornus apud Varronem pro eo quod est 'furnus'* furuae *cett. Porph. sch.γ* 22 eacum *Fγ1u* equū *π1* 23 discriptas *A1? B* [2 *Bland.*] *nec dissent. Acr. et sch.γ sch. λφ* (*interpr. 'separatas'*) descriptas *A1?γπ1τuGχ(βp) Ac.* discretas *FλA2 π2ς*[2 *Bland.*] *comment.* discriptas *etiam Acron legisse putandus est. cf. Büchelerus mus. Rhen.* XIII 598 *sqq.* 24 querentem *Aπ* queremtem *λ* 25 Sapho *ABγπu Acr.* 27 Alcei *A1* Alcee *Bγλu Ac.* Alceæ *τ* Alce/// *π* 28 fuge *A1Fγ* *post* fugae *colon ponunt A2γλτ sch.γ opp. Fπχ Ac.* male *B* 29 Vtraq. *A* dignum *F* silemcio *λ* lentio *φ* 30 umbre *A1* set *γ sch.γ* 31 tyrrannos *B* tirannos *u* 32 umeris *B Porph.* humeris *cett.* densum auida bibit *Bentl. opp. sch.γ* bibat *B* uulgus *ABγλτuπcorr.* 34 conticeps *γ1* 35 Auræs *A* Auris *πψpr.* 36 Eumedium *λ* 38 laborem *A1BFπτuχ(v) Porph.* laborum *γλG(?)A2ς Acr. et sch.γ* sonno *u* sonno *λ* sonno *ψ* sono *φ*

nec curat Orion leones
aut timidos agitare lyncas.

XIIII

Eheu fugaces, Postume, Postume,
labuntur anni, nec pietas moram
rugis et instanti senectae
afferet indomitaeque morti;
non, si trecenis quotquot eunt dies,
amice, places inlacrimabilem
Plutona tauris, qui ter amplum
Geryonen Tityonque tristi
compescit unda, scilicet omnibus,
quicumque terrae munere uescimur,

TESTIMONIA.

39 sq. 'Hor. in II carminum: nec — lyncas. et notandum etiam de genere, quod masculino genere protulit Hor.' Prisc. VI 26

II 14. 1 sq. 'eheu — anni' Diomed. 445 Hieronymus comm. in Amos l. III c. 6 (Vallars. VI 314[e]) idem comm. in Ezechiel l. I c. 1 (Vallars. V 13[d]) schol. Pers. II 2 1 praem. 'quarta decima ode' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

39 leonis (e *suprascr.*) π 40 timidas τχ(δs2)y *opp. Ac. Prisc.* lincas *Aγτψu* lycas π1

II 14. AD POSTVMVM DE CELERITATE VITAE *ABτ* AD P: DE BREVITATE VITAE (VITE λ) *Fλ* PROSPHONETICE TETRACOLOS AD POSTVMV (8 *suprascr.*) DE CELERITATE VIT? γ 1 Heu χ *Pph.* Heuheu *Hieronymus comm. in Ezech. schol. Pers.* Eheu Ω *exp. metr. Diomed. Ac. bis Hieronym. comm. in Amos* posthume posthume *B Hieronymus sch. Pers. alterum* Postume *om.* π1 3 Ruris τ et *om.* γ senecte *A1ψ* 4 Adferet *F* Afferret γ 5 *tricenis quot quot eunt dies τ2 in loco raso* sit recens π1 si trecenis *corr.* π2 trecenis χ(*spr.*)[1 *Bland.*] *Ac. Acr. I* trecentis λ1χ(ϑσ) tricenis *cett.* ς[3 *Bland.*] *sch.* λφ *Acr. interpol.* quod quot *F* quoquot γ er̄ *A* (= erunt) eū *B* 6 placens τ 7 Plutoniæ τ Plutonē *A* 8 Geryonen π Geryonē *Ac.* Gerionen *Bτφ* Gerionē *u sch.* γ Geryonem *A* Gerionem *A1γλψ* tytion γ tytyon λ tyty//on τ tition *BAc.* ticion *u* tristis *φuar.πa.ras.* 9 Conpescit *γu*

enauiganda, siue reges
siue inopes erimus coloni.
frustra cruento Marte carebimus
fractisque rauci fluctibus Hadriae,
frustra per autumnos nocentem
corporibus metuemus Austrum.
uisendus ater flumine languido
Cocytos errans et Danai genus
infame damnatusque longi
Sisyphus Aeolides laboris.
linquenda tellus et domus et placens
uxor, neque harum quas colis arborum
te praeter inuisas cupressos
ulla breuem dominum sequetur.
absumet heres Caecuba dignior
seruata centum clauibus et mero
tinguet pauimentum superbo,
pontificum potiore cenis.

TESTIMONIA.

23 sq. 'Ne (Ne ed. Dan.) te praeter — sequetur' Seru. ad Aen. III 64

VARIA LECTIO.

14 raucis *ABπa.r.Pph. non Acr. et sch.γ* adriae *πu* 15 autonnos *u* 17 Vis//endus *A* 18 Cocitos *Bucorr.* Cocitus *upr.* 19 dampnatus *λφ* dannatus *u* 20 Sisiphos *F* Sisyphos *πA2* Sysyphus *λ* Sisiphus *u* eolides *τu* labores *λι* 23 preter *Fγ* cypressos *Bπτ* 24 Vlila *λ* Vita *Fπιχ(p)sch.λφ* (*ubi prauissima adnotatio nata est ex interpretatione uocis* breuem = *uit(a)e breuis*) 25 haeres *BF* heres *u* cecuba *Aγπu* 27 Tinget *ABχAc.* Tinguet *cett. GV* [**codd. Bland.**] *Pph.* superbum *y*(*Barthii cod. Monstroliensis*) *Lambinus* superbus *y* (*corr. Vat. A ap. Feam*) *Barthius* superbi *y*('*V. A.*' *Feae*) superbis *Lynfordus Cuninghamus Fea* ('superbo] *pro ipse superbus. ypallage*' *sch.φ sim. sch.λ*) [superbo ***omn. Bland.***] 28 caenis *Fτ*

XV

Iam pauca aratro iugera regiae
moles relinquent, undique latius
extenta uisentur Lucrino
stagna lacu, platanusque caelebs
euincet ulmos; tum uiolaria et
myrtus et omnis copia narium
spargent oliuetis odorem
fertilibus domino priori,
tum spissa ramis laurea feruidos
excludet ictus. non ita Romuli
praescriptum et intonsi Catonis
auspiciis ueterumque norma.
priuatus illis census erat breuis,
commune magnum: nulla decempedis
metata priuatis opacam
porticus excipiebat Arcton,
nec fortuitum spernere caespitem
leges sinebant, oppida publico

TESTIMONIA.

II 15. 4—6 cf. 'an ego fundum cultiorem putem, in quo mihi quis ostenderit lilia et uiolas et anemonas, fontes surgentes, quam ubi plena messis aut graues fructu uites erunt? Sterilem platanum tonsasque myrtos quam maritam ulmum et uberes oleas praeoptauerim?' Quintil. inst. VIII 3, 8   14—16 'Hor. in II carminum: nulla — Arcton' Prisc. VI 27. VIII 20   17 sq. 'nec — sinebant' Seru. ad Aen. VI 179

VARIA LECTIO.

II 15. *Continuant hoc carmen antecedenti ABτVy* [codd. *Bland.*] *Acr. item Diomedes et expositionis metricae auctor opp. Porph.* HEC DE PRAESENTIS VITAE (VITE *λ*) LVXVRIA DICIT *Fλ* HEC DE PRESENTIS LVXVRIA TĒPORIS DICIT *γ* *totum carmen del. Peerlk.* 1 regie *A*ι 3 Extensa *τχ(μ)* Extenta *cett.* 4 plananus *B* celebs *γλπτ sch.γ* celeps *uAc.* 6 Mirtus *τu* oīs *B* narum *γ* 9 *sq.* tum — ictus *om. B* 9 Tunc *Pph. non Ac.* 10 ictus] itus *F* estus *u* ignes *Sanadonus* 11 Prescriptum *Aιτu* ꝑscriptum *γ* *uu.* 12—20 *om. B* 12 forma *π* 13 beuis *Aιupr.* 14 Cōmunem agnum *A* decempedes *φuar.πpr.* 15 Mettata *A* Meatata *λ* 17 cespitem *Ω Acr. et sch.γ. Porph. Seruius D.*

sumptu iubentes et deorum
templa nouo decorare saxo.

XVI

Otium diuos rogat in patenti
prensus Aegaeo, simul atra nubes
condidit lunam neque certa fulgent
sidera nautis;
otium bello furiosa Thrace,
otium Medi pharetra decori,
Grosphe, non gemmis neque purpura ue-
nale neque auro.
non enim gazae neque consularis
summouet lictor miseros tumultus
mentis et curas laqueata circum
tecta uolantis.
uiuitur paruo bene cui paternum
splendet in mensa tenui salinum,

TESTIMONIA.

II 16. 1 praem. 'quinta decima ode' Diomed. 524 7 cf. 'hic est Grosphus, quem in carminibus alloquitur' schol. *γ* epist. I 12, 22

VARIA LECTIO.

19 Sumtu *ψ* Sunptu *u* sumpto *Pph.* iubentis *π* 20 no^uo^ *π*

II 16. AD POMPEIVM GROSPHVM *AB* YPOTETICE GROSPHO OSTENDENS QVAM IOCVNDVM (IVC: *φ*) SIT OTIVM. MS *Fλ* YPONETICE GROSPHO PŌPEIO *γ* AD GROSPHVM POMPEIV̄ *τ* 1 .tium *γ* impatenti *B* 2 Praensus *AF* Presus λ_1 Pressus $u\lambda_2\chi$(*ϑhcorr.p*v_1)*y* *opp. Acr. sch.γbis Pph. sch.λφ* aegeo *Aλτ* egeo *u* age π_1 3 lumen (+lunam) *χ* 5 thracem *γ* thrache $\varphi\pi_2$ thrachae *ψ* trache *u* tracę *τ* thraciae π_1 6 faretra *φAc.* 7 Grophe *u* 7. 8 purpura | Venale n: a: *Fπuχ* purpura ue | *Ue*Nale *A* (*lineolam infra prius ue et alt. Ue add. alt. m.*) 8 nec *χ*(*βp*) *Bentl. opp. sch.γ i.t.* 9 gaze $B\psi_1$ 10 Submouet *λχ* 11 curis A_1 cyrcum *φ* 12 uolantes *Fu* 13 paterno $F\pi_1$ *sch.λφ*

nec leuis somnos timor aut cupido
sordidus aufert.
quid breui fortes iaculamur aeuo
multa? quid terras alio calentis
sole mutamus? patriae quis exul
se quoque fugit?
scandit aeratas uitiosa nauis
cura nec turmas equitum relinquit,
ocior ceruis et agente nimbos
ocior Euro.
laetus in praesens animus quod ultra est
oderit curare et amara lento
temperet risu: nihil est ab omni
parte beatum.
abstulit clarum cita mors Achillem,
longa Tithonum minuit senectus,
et mihi forsan tibi quod negarit
porriget hora.
te greges centum Siculaeque circum

TESTIMONIA.

15 sq. 'nec cupido — aufert' Seru. ad Aen. V 122 25—28 Hildebert. moral. philosoph. p. 990 27 sq. 'uersus Horati: nihil — beatum' Ausonius profess. VI 36 sqq. 'nichil — beatum' Vincentius Bellou. VII 70 floril. Paris. 8818[a] 30 Seru. ad Aen. IIII 585

VARIA LECTIO.

15 leues *BFπu* sonnos *u* aut] nec *Seruius D.* 17 fortes] sontes *λuar.χ*(*αcorr.y* fo^r^ntes *v*) fortes *Acr. et sch.γ* euo *u* 18 salio *B* calentes *BFuπcorr.* 19 sole mutamus patria? quis exul *nescio quis ap. Bentleium* patrie *A* *uu.* 21—24 *del. Prienius*

21 eratas *Bψ* heratas *φ* uiciosa *τ* naues *Fuπ*2 puppes *excerpta Bodleiana ap. Bentl.* 22 neq. *B* relinquid *γψχ* reliquit *χ*(*δp*) *opp. Acr. et sch.γ Pph. sch.λ* *u.* 23 *om.* *ψ*1 Otior *γλu* Ocium *π*1 24 Otior *γλu* 25—27 animi . . . oderis . . . temperes *Bentl.* 25 Letus *u* (quod *om. Hildebertus*) est *om. χ*(*hψ*2) *Hildebertus* 26 amare *Bψ*1 laeto *ω* leni *Bentl.* (tento *Hildeb.*) 27 nichil *φu* (ab] ex *Hildeb.*) 29 cito *B* achillē *Aπτφ* 30 thithonum *u* 31 Est mihi *B* michi *φ* forsam *λ*1 forset *Fπ cons. sch.λφ* forsan *Ac. sch.γ* tibi] ibi *γ* 33 sicule *τ*

mugiunt uaccae, tibi tollit hinnitum
apta quadrigis equa, te bis Afro
    murice tinctae
uestiunt lanae: mihi parua rura et
spiritum Graiae tenuem Camenae
Parca non mendax dedit et malignum
    spernere uolgus.

XVII

Cur me querellis exanimas tuis?
nec dis amicum est nec mihi te prius
  obire, Maecenas, mearum
    grande decus columenque rerum.
a! te meae si partem animae rapit
maturior uis, quid moror altera,
  nec carus aeque nec superstes
    integer? ille dies utramque
ducet ruinam. non ego perfidum
dixi sacramentum: ibimus, ibimus,
  utcumque praecedes, supremum
    carpere iter comites parati.

TESTIMONIA.

II 17. 1 praem. 'sexta decima ode' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

34 uacce A_1 uacc// *τ* 34 *sq.* hiuni | Tum apta *τχ*(*nisi quod* abta *μ*)*ω* 35 quadragis *F* aequa *F* bis] quis *B* affro *u* 37 michi *φ* 38 Spritum *B* graie $A_1B\gamma_1$ 39 maligno π_1 40 uulgus *ABγλτu* uoltus π_1

II 17. AD MECENATEM *AB* SYMBOLEVTICE AD MECENATEM *Fλ*, PARANETICE VEL SIMBOLEVTICE AD MECENATEM *γ* AD MECENATĒ PARANETICE TETRACOLOS *τ* 1 querellis *πa.r.τ Ac. exp. metr. Diomed.* quaerellis A_1 *Pph.* quaerelis *FγAp.ras. sch.γ* q̄relis *B* querelis *λu* 2 diis *Aγλτu* michi *φ* 3 mecenas *AFτu* 5 Ha *uχ* At A_2 *γuar.χ*(*σguar.*) 6 alteram *Burmannus* *uu.* 7—9 *om. B* 7 eque *Fu* 8 illa *y opp. Ac. Pph.* 11 precedes *γτψ* suppremum *λu*

me nec Chimaerae spiritus igneae,
nec si resurgat centimanus * Gyas
diuellet umquam: sic potenti
Iustitiae placitumque Parcis.
seu Libra seu me Scorpius aspicit
formidulosus, pars uiolentior
natalis horae, seu tyrannus
Hesperiae Capricornus undae,
utrumque nostrum incredibili modo
consentit astrum. te Iouis impio
tutela Saturno refulgens
eripuit uolucrisque Fati
tardauit alas, cum populus frequens
laetum theatris ter crepuit sonum:
me truncus inlapsus cerebro
sustulerat, nisi Faunus ictum
dextra leuasset, Mercurialium
custos uirorum. reddere uictimas

TESTIMONIA.

14 'centimanus gigas' Prisc. XVII 152 17 sq. 'seu libra — formidolosus' schol. Pers. 5, 48 19 sq. 'seu — undae' Seru. ad georg. I 336 'seu — Capricornus' mythographus III tract. 1, 3 ap. Mai auct. class. III p. 162 22—25 'te — alas' Seru. ad Aen. IIII 610 mythographus III tract. 11, 5 ap. Mai auct. cl. III p. 252 27—29 'Hor. in II carminum: me — leuasset' Prisc. XVIII 126

VARIA LECTIO.

uu. 13—22 *del. Peerlk.* 13 chimere *A*ı*λAc.* chimerae *γπτφu* chymerae *Bψ* 14 gigas *Ω Acr.sch.γ Porph.* gygas *GV* [*omn.codd.Cr.*] Gyges *Muretus Bentl. Fea* Gyas *Lambinus* 16 Iustitie *A* 17 scorpios *BF Bentl.* scorpius *cett.ς sch. Pers.* scorpiŏs *sch.γ* 18 Formidulosus *FAc.* Formidŏlosus *τ* Formidolosus *cett.* 19 Natalis] Loetalis *FAuar.χ*(*δh* Lęt: *p*)*y* [letalis h: 2 *Bland.*] Lo&alis *π* Fatalis *χ*(*βn*, *uar.* nat:) *opp. Acr. sch.γ ter* tirannus *AFγu* 20 Haesperiae *F* 22 inpio *λ* 24 Eripuitq, *A*ı *et mythographus* uolucres *y Seruii cod. Flor. bibl. sanctae crucis* XXII 1 25 alas *om. Fπ*ı tum *Ac.π*2*χ*(*σhnp*) te *Fπ*ı cum *cett. sch.γ* cui *Lachmannus Hauptius alii* 26 Letī *u* Festum? *y*(*cod. quid. test. Cuninghamo*) teathris *B* 27 inlapsus *γπτ* illapsus *cett.* 29 Dextera *A*

aedemque uotiuam memento:
  nos humilem feriemus agnam.

XVIII

Non ebur neque aureum
  mea renidet in domo lacunar,
non trabes Hymettiae
  premunt columnas ultima recisas
Africa; neque Attali
  ignotus heres regiam occupaui,
nec Laconicas mihi
  trahunt honestae purpuras clientae.
at fides et ingeni
  benigna uena est, pauperemque diues

TESTIMONIA.

II 18. 1 sq. Terentianus 2438 Fortunatianus 2683. 2704 Victorinus 2586. 2621. 2622 praem. 'septima decima ode' Diomed. 524 'in secundo libro ode XVIII, cuius initium: non — lacunar' Victorin. de metr. Hor. 2617 'neque — lacunar' Isidorus orig. XV 8, 6. XVIIII 12 1. 3. 7 cf. Plot. 5, 9: 'non ebur nec aureas trabes Laconicas mihi' 1 Diomed. 510 2 Seru. ad Aen. VIII 25 id. ad Aen. I 726 (sed ad hunc locum in cod. Casseliensi Horatius non laudatur; 'nec mea renidet — lacunar' edit. Dan.) Fortunat. 2684 Prisc. partit. XII uers. Aen. 1, 5 7 sq. 'inuenimus et clientam apud Afranium . . . et apud Hor.: nec — clientae' Charis. 100

VARIA LECTIO.

31 Aed:::: memento τ (*euanuerunt quae inter* d *et* m *fuerant litterae*) Edem *u* Aedum A_2 notiuam ψ_1 32 [Nos humiles 2 ***B*** ***and.***]

II 18. AD AVRVM A_1B *Acr.* (A$\overset{\text{A}}{\text{V}}$RVM, A *ab alt. m. A*) PARANETICE ł YPOTETICE DE CONTINENTIA (CONTINENCIA λ) QVA PAVPERTATEM SVAM DIVITIIS (DIVICIIS λ) PRAEFERT $F\lambda$ PARANETICE VEL YPOTICE AD VARVM γ AD AVARVM τ 1 . on γ eb$\overset{\text{v}}{\text{o}}$r τ aurum u_1 *Diomedis p.* 510 *cod. ABM p.* 524 *AM Isidori* XV 8, 6 *cod. Guelf.* I aurẹum *exp. metr.* 2 reni$\overset{\text{ł d}}{\text{t}}$et *B* 3 *sq.* Hymettias . . . recisae *Galeus prob. Bentl.* 3 hyme//tyae φ hymetthyae ψ himetię *u* 4 Pręmunt $A\pi$ colunnas *u* 5 Affrica *u* atali *u* 6 haeres *Bu* 8 clientae A_1BG [3 ***Bland.***] *comment. Charisius cons. Acr. et sch.*γ ('*i. e. ancillae*' *sch.*λ) clientiae $\gamma\tau$ clientes $F\lambda\pi_1uA_2\varsigma$ 9 ingeni $Pph._1$ ingenii Ω

me petit; nihil supra
deos lacesso, nec potentem amicum
largiora flagito,
satis beatus unicis Sabinis.
truditur dies die,
nouaeque pergunt interire lunae:
tu secanda marmora
locas sub ipsum funus et sepulchri
immemor struis domos,
marisque Bais obstrepentis urges
summouere litora,
parum locuples continente ripa.
quid quod usque proximos
reuellis agri terminos et ultra
limites clientium
salis auarus? pellitur paternos
in sinu ferens deos
et uxor et uir sordidosque natos.
nulla certior tamen
rapacis Orci fine destinata

TESTIMONIA.

15 sq. Hildebert. moral. philos. p. 971   19 Plot. 5, 8   22—24 cf. Plot. 5, 11: 'continente ripa. Quid quod usque proximum reuellis agrum hunc'   23 sq. cf. 'postquam proximos reuellendo terminos ager locupletis latius inundauit' Quintil. declamat. XIII 2   26 sq. 'hoc posse fieri ex Horati dictis intelligimus, qui, cum loqueretur de auaris potentibus, ait de uicino cliente: pellitur — deos' Seru. ad Aen. VI 609   29—32 'sepulcrum sedes uocatur. Hor. nulla — erum' Seru. ad Aen. VI 152

VARIA LECTIO.

11 nichil *u*   12 lacessa *B*   17 Te *ψpr.*   mormora *A*1   18 ips// funus *φ*   sepulcri *Bψu Acr.*   19 Inmemor *Fλπς* Im̄emor *B*   20 bas *π*1   urgues *πχ opp. Pph.*   21 Submouere *u*1 Sumouere *F* promouere *Peerlk.*   littora *Αλψu*   *uu.* 22—29 *om. B*   25 Limitem *πuy(nsμuar.) fort. melius*   26 pat̄nus *τpr.*   28 que *om. τ* natus *τ*1   29 cercior *u*   30 capacis *Bentl. opp. sch.γ Pph.; et Seneca Hippolyt.* 1152 *Plutonem et Tibullus* I 3, 65 *mortem rapacem appellauerunt*   fine *Ω* [4 *Bland. ut uid.*] *Pph. sch.γ ter sch.λφ item Seruii codd. Casseliensis Reginensis Parisinus* 7929 *editio Dan.*   sede *y*[*Mart.*

aula diuitem manet
  erum. quid ultra tendis? aequa tellus
pauperi recluditur
  regumque pueris, nec satelles Orci
callidum Promethea
  reuexit auro captus: hic superbum
Tantalum atque Tantali
  genus coercet, hic leuare functum
pauperem laboribus
  uocatus atque non uocatus audit.

XVIIII

Bacchum in remotis carmina rupibus
uidi docentem, credite posteri,
  Nymphasque discentis et auris
    capripedum Satyrorum acutas.
euhoe recenti mens trepidat metu,
plenoque Bacchi pectore turbidum

TESTIMONIA.

32—34 'equa tellus — pueris' Vincentius Bellou. VII 70   36 sq. 'hic superbum Tantalum' Plotius 5, 10

II 19. 1 sq. 'Bacchum — docentem' schol. Iuuenal. 7, 58   1 praem. 'octaua decima ode' Diomed. 524   5 praem. 'Hor. . . . in II carminum' Prisc. XV 17   'Satur est cum dicit Hor. euhoe!' schol. Iuuen. 7, 62

VARIA LECTIO.

Maldeg. Sil.] *comment. Seruius Bentl.* (*cf. Senec. Troad.* 509 *et Auson. profess.* 11, 6)   31 *Aula* u_2, *om. Seruius*   aula π *continuans hunc uersum uersui* 30   manebit *Seruii cod. Parisinus*   32 Herum $\gamma\lambda u_2$ aeuum *Seruii cod. Paris.*   horum *Seruius Dan.*   equa *u*   34 regnum *Vincentius*   36 Reuixit *Fγ* · Reuinxit $\pi u_1 F_2$ (*'reduxit' interpr. sch.γ*)   37 Tamtalū π   38 cohercet *Ω*   39 Pauperem τ (Pauperum τ_1)

II 19. AD LIBERVM PATREM *ABτ*   ENTVSIACE LIBERI PATRIS LAVDES *Fλ*   ENTHVSIATICE AD LIBERVM PATREM *γ*   1 Bachum *Aτφ*   . achum *γ*   3 Nimphas *Aγπu*   discentis *γτpr.* discentes *cett.*   auris *γπτPph.* aures *cett.*   4 satirorum *ψu*   5 Heu hoc *AλPrisc. cf. Lachmanni Lucr.* 309   meus (n supra) *A*   6 bachi *ABFγτ*

laetatur: euhoe parce Liber,
parce, graui metuende thyrso!
fas peruicacis est mihi Thyiadas
uinique fontem lactis et uberes
cantare riuos atque truncis
lapsa cauis iterare mella,
fas et beatae coniugis additum
stellis honorem tectaque Penthei
disiecta non leni ruina
Thracis et exitium Lycurgi.
tu flectis amnes, tu mare barbarum,
tu separatis uuidus in iugis
nodo coerces uiperino
Bistonidum sine fraude crinis.
tu, cum parentis regna per arduum
cohors Gigantum scanderet impia,
Rhoetum retorsisti leonis
unguibus horribilique mala;
quamquam choreis aptior et iocis
ludoque dictus non sat idoneus
pugnae ferebaris, sed idem

TESTIMONIA.

20 Acr. ad carm. saec. 41

VARIA LECTIO.

7 Letatur $A_1 u$ heu hoe $\lambda\pi_2$ heu heu π_1 8 thirso *Ayu* tyrso *π* 9 peruicacis *Pph.* peruicaces *Ω* est] sit *Bentl. opp. Acr. et sch.γ* (*interpr. 'possibile est' Acr. sch.γ*) *Porph.* thiadas *AFγ* tyadas *u* thyadas *Bλπτ* 14 pentei *F* panthei *τ* 15 leui *πu* 16 Trhacis *A* Tracis *τu* et *om. π* exitum $A_1 B Ac.$ lygurgi $F\lambda A_2$ licurgi $\gamma\pi_1\tau Ac.$ ligurgi $u\pi_2$ 17 flectes *B* annes *u* 18 superatis *γ* in i:] iniungis *τ* iugis u_1 19 coerces *Bπ* coherces *cett. Pph.* 20 Bisthonidum *ABγλπτ* sine fune *y*[1 *Bland.*] crinis *Pph.* crines *Ω* 22 giganthum *A* 23 Roethum *λu* Rhecum '*V*' [Rhetum *cett. Bland.*] leonum *Fπcorr.* 24 orribili *F* horribili *cett.* horribilis *Bentl. itemque Acronem legisse putaueris* ('Horribiliq. mala] *maxilla metuendus' Acr. et sch.γ*) *opp. Ac. Porph. sch.γ alt. l.* (*interpr. 'terribili'*) *uu.* 25—28 *del. Peerlk.* 25 Quanquam *F*

pacis eras mediusque belli.
te uidit insons Cerberus aureo
cornu decorum leniter atterens
caudam et recedentis trilingui
ore pedes tetigitque crura.

XX

Non usitata nec tenui ferar
pinna biformis per liquidum aethera
uates, neque in terris morabor
longius inuidiaque maior
urbes relinquam. non ego pauperum
sanguis parentum, non ego quem uocas,
dilecte Maecenas, obibo
nec Stygia cohibebor unda.
iam iam residunt cruribus asperae

TESTIMONIA.

29 sq. 'Hor. de Libero: te uidit — decorum' Seru. ad Aen. IIII 654 mythographus III tract. 9, 10 ap. Mai auct. class. III p. 239 29 'te — Cerberus' Seru. ad Aen. III 93 'insons insontis, sic Hor.' Prob. 1473 Claudius Sacerdos 2, 48

II 20. 1 praem. 'nona decima ode' Diomed. 524

VARIA LECTIO.

28 mediusque] merus atque *Hitzigius* medicusque *Hamacher opp. Porph.* 29 insomnis *Seruius ad Vergil. Aen.* III 93 30 cornu] curru *Seruii cod. Florent. bibl. sanctae crucis* XXII 1 *opp. mythogr. Porph. Acr. et sch. γ sch. λφ Ω* aterens *A1* att(e)rens *u* 31 Cauda *A* Gaudam *τ* recedentes *B* trilingue *ψpr.* 31 *sq.* ~~ore~~ trilingui | Ore *τ* 32 tetegit *φ*

II 20. AD MAECENATEM (MEC: *A*) *AB* PARANETICE SE INMORTALEM (IMM: *φ*) FVTVRVM ET IN CIGNVM CONVERTENDVM AIT *Fλ* AD MECENATEM ALLEGORICE TETRACOLOS (*rell. om. τ*) VEL PARANETICE SIBI *γτ* *hoc carmen Horatio abiudic. Paldamus et Lehrsius* 1 Non3 ita ita nec *B* non tenui *χ(h)y opp. Ac. sch. γ bis Pph.*] 2 Penna *FλπτuA2* peliquidum *τ* ethęra *γ* &hra *π* 3 Vatis *π*] nec *χ* terra *Fπuχ* 6 quam uocas *λ1* quem uocant *Bentl.* quantulus *Hitzigius opp. Pph.* 7 ('Dilecte M:] *uocatiuum enim sibi quasi a M(a)ecenate dictum posuit' sch. γ*) Delecte *B* Dilectę *π* mecenas *λπψu* mecęnas *τ* 8 stigia *BFγπu* cogibebor *γ* choibebor *u* coibebor *π uu.* 9—12 *del. Peerlk. Gruppeus alii* 9 asperė *γπτ*

pelles et album mutor in alitem
  superne nascunturque leues
    per digitos umerosque plumae.
iam Daedaleo * notior Icaro
uisam gementis litora Bospori
  Syrtisque Gaetulas canorus
    ales Hyperboreosque campos.
me Colchus et qui dissimulat metum
Marsae cohortis Dacus et ultimi
  noscent Geloni, me peritus
    discet Hiber Rhodanique potor.
absint inani funere neniae
luctusque turpes et querimoniae:
  compesce clamorem ac sepulchri
    mitte superuacuos honores.

TESTIMONIA.

20 'Hor. dicit: ut discet — potor' Seru. ad Aen. VII 605

VARIA LECTIO.

10 in alitem. *Doederlinus* 11 Supernae *τuχ* Superna *y Fea opp. sch.γλφ et cf. L. Muellerus de re metr.* 340 12 umeros *B* hum: *cett.* plume *A1* 13 dedaleo *Ω* notior *A1Bγχ(ϑpr.)Pph.* nocior *λτ* ('nocior icaro' *in τ maioribus quam cetera litteris scripta sunt*) otior *u χA2* ocior *Fχ* °cior icaro, o *et* i *ab alt. m. π* tutior *Bentl.* doctior *Rauchensteinius* cautior *Withofius* audacior *Peerlk. alii alia. lectio* ocior *ferri nequit: uide L. Muelleri de re metr. p.* 307 *cl. serm.* I 9, 38 *epist.* II 3, 65 ạcaro *B* 14 littora *Aγψu non Ac. Pph.* bosfori *Ac.* bosphori *Ω* 15 Sirtis *γ* Syrte *B* Syrtes *AFλπτ* Sirtes *u* tegulas *π1* getulas *cett.* 16 yperboreos *Bψ* hiperboreos *γπuAc.* 17 colcus *γ* et *om. π1* dissimula//t *π* 18 Marse *A1Fγ* choortis *u* cohortes *B* 19 petitus *Burmannus, alii alia, opp. sch.γ et cf. mus. Rhen.* 1863, 278 20 hyber *F* iber *γ* rodani *ψu* 21 naenię *π* 22 querimonie *γ* queremoniae *F* quęrimonię *π* 23 Conpesce *u* sepulcri *Bγψu Pph.* 24 Mite *ψ1* onores *γ*

QVINTI (*om. γ*) HORATII FLACCI (QVINTI FLACCI HORATII [HORACII *λ*] *Aλ*) CARMINVM LIBER ·II· EXPLICIT. INCIPIT LIBER (*om. F*) ·III· (T̄IVS *τ*) *AFγλτ*, *λ add.* FELICITER *λ* LIBER CARM̄ ·II· EXPŁ· INCIP̄ LIBER ·III· *B*

Q. HORATI FLACCI

CARMINVM

LIBER TERTIVS

I

Odi profanum uolgus et arceo:
fauete linguis; carmina non prius
audita Musarum sacerdos
uirginibus puerisque canto.
regum timendorum in proprios greges,
reges in ipsos imperium est Iouis,
clari Giganteo triumpho,

TESTIMONIA.

III 1. 1 Mallius Theodorus 4, 10 Petronius satir. c. 118 praem. 'liber tertius. prima ode' Diomed. 525 'peruincis tandem, et operta Musarum mearum, quae initiorum uelabat obscuritas, quamquam non profanus, inrumpis, Paule carissime. quamuis enim te non eius uulgi existimem, quod Hor. arcet ingressu, tamen sua cuique sacra: nec idem Cereri quod Libero, etiam sub isdem cultoribus' Ausonius praefat. idyll. 7 cf. idem praef. idyll. 11: '. . . et quicquid profanum uulgus non ignorat' 2 sq. Seru. ad Aen. V 71 2 'fauete linguis' Seru. ad georg. IIII 230 mythographus III tract. 6, 34 ap. Mai auct. cl. III p. 212 2 sq. 'carmina — audita' sch. γ c. IIII 9, 3

VARIA LECTIO.

III 1. AD CHORVM VIRGINVM ET PVERORVM *AB* PRAGMATICE (PRAGMATICAE φ) AD INDOCTOS *F* AD CHOROS VIRGINVM ET PVELLARVM (VIRGI ET PVER *τ*) *γτ* AD CHORVM VIRGINVM ET PVERORVM. PRAGMATICE AD INDOCTOS λ *unam oden esse c.* I—VI *existimauit Porphyrion* *uu.* 1—4 *uelut prooemium carminum* I—VI *separatos posuit Meinekius* 1 uolgus *πχ(δ) Petroni cod. Bernens. pr.* uulgus *cett.* 5 propios λ

cuncta supercilio mouentis.
est ut uiro uir latius ordinet
arbusta sulcis, hic generosior
descendat in campum petitor,
moribus hic meliorque fama
contendat, illi turba clientium
sit maior: aequa lege Necessitas
sortitur insignis et imos,
omne capax mouet urna nomen.
destrictus ensis cui super impia
ceruice pendet, non Siculae dapes
dulcem elaborabunt saporem,
non auium citharaeque cantus
somnum reducent: somnus agrestium
lenis uirorum non humilis domos
fastidit umbrosamque ripam,
non Zephyris agitata Tempe.
desiderantem quod satis est neque
tumultuosum sollicitat mare,
nec saeuos Arcturi cadentis
impetus aut orientis Haedi,
non uerberatae grandine uineae

TESTIMONIA.

14 sq. 'equa lege — imos' floril. Paris. 8069 17 sq. 'destrictus — pendet' Porph. ad c. I 9, 5 Charis. 269 'districtus ensis quod super magna ceruice pendet' Sergius in Donat. 1798

VARIA LECTIO.

Inter u. 8 *et* 9 *lacunam statuendam censuit Roeperus* (*philol.* XVIIII *p.* 325) 9 esto ut *Bentl. opp.sch.λφ* ordinat *B* 11 descendet *γ* 13 clyentium *F* clientum *πpr.uχ* 15 insignis *π* insignes *cett.*
17 Districtus *Fλπu1 Sergius, non G Acr. et sch.γi.t. Pph. Porph. ad c.* I 9, *Charisius* cui] quod *Sergius* impiā *u2* 18 Ceruicē *u2* dependet *Charisius* 19 elaborarunt *ω* [elaborabunt *omn. Bland.*] (*'reddent' interpr. sch.γ*) 20 cythare *Fλπτ* 21 Sonnum *u* sonnus *u*
22 humiles *BFγτu* 23 umbrosamue *Ianius* 24 zephiris *τu* zefiris *B* zepheris *γ* 27 seuos *π* seuus *Fu* saeuus *cett.* 28 orientis ꝑui *Ac.* hedi *Fλτu*

fundusque mendax, arbore nunc aquas
culpante, nunc torrentia agros
sidera, nunc hiemes iniquas.
contracta pisces aequora sentiunt
iactis in altum molibus: huc frequens
caementa demittit redemptor
cum famulis dominusque terrae
fastidiosus: sed Timor et Minae
scandunt eodem quo dominus, neque
decedit aerata triremi et
post equitem sedet atra Cura.
quodsi dolentem nec Phrygius lapis
nec purpurarum sidere clarior
delenit usus nec Falerna
uitis Achaemeniumque costum,
cur inuidendis postibus et nouo
sublime ritu moliar atrium?
cur ualle permutem Sabina
diuitias operosiores?

TESTIMONIA.

37 sq. 'sed — scandunt eo quo dominus' florileg. Paris. 8069

VARIA LECTIO.

30 fundusue *Ianius opp. Ac. Pph.* mendax *om. B* aquas τ 32 Sydera *λτ* *uu.* 33—40 *del. Peerlk. Prienius Linkerus* 33 senciunt τ 34 hunc ψ 35 Cementa *τu* dimittit *λχ(αβg) opp. Ac.* [2 *Bland.*] redemtor *τψ* 37 set γ 39 Decedite aratri remi *B* Decedi*t*///erata tr: π erata ϱ et *χ(βδιv; in s locus rasus) om. Ω Pph.* 40 Postque *Bentl.* ȩquitem π 41 phrigius *ABγτu* frigius π *f*rigyus ψ 42 sydere τ 43 Delenit $A_1B\pi$*pr.G*[2 *Bland.*] ('Delinit] *mitigat' sch.γλφ*) Delinit $F\gamma\lambda\tau u A_2\pi$*corr.*ς[1 *Bland.*] *Bentl.* falernae *γτGχ(αβnp)* [*opp.* 3 *Bland.*] 44 Vites $A_1B\gamma\tau\chi$*(αβσp)* [*opp.* 3 *Bland.*] achemenium *Fλπu* achȩmonium *B* achemonium *Aτ* achimenium γ Achaemeniumue *Bentl.* 46 molior τ mołliar *u* 48 operiosiores τ onerosiores *Bentl.*

II

Angustam amice pauperiem pati
robustus acri militia puer
condiscat et Parthos ferocis
uexet eques metuendus hasta
uitamque sub diuo et trepidis agat
in rebus. illum ex moenibus hosticis
matrona bellantis tyranni
prospiciens et adulta uirgo
suspiret: 'eheu, ne rudis agminum
sponsus lacessat regius asperum
tactu leonem, quem cruenta
per medias rapit ira caedes.'
dulce et decorum est pro patria mori:
mors et fugacem persequitur uirum,
nec parcit inbellis iuuentae
poplitibus timidoue tergo.
Virtus repulsae nescia sordidae

TESTIMONIA.

III 2. 1—3 'angustam — condiscat' Hildebert. moral. philos. p. 982 sq. 13 Vincentius Bellou. VII 70 florileg. Paris. 8818[a] cf. 'censent hostibus occurrendum, pulchrum esse dicentes pro patria mori' translatio Dionysii c. 10 (Pertz XIII 360) 16—20 et 21—24 Hildebertus moral. philos. p. 975

VARIA LECTIO.

III 2. AD AMICOS *ABτ* DE INSTITVTIONE AD AMICOS LOQVITVR (*om. F*) *Fγλ* 1 amici *Acr. et sch.γ* (*interpr. 'Hanc odem ad amicos generaliter scribit* [*scripsit sch.γ*]') *Gχ(αg)y Bentl. non Ω Ac. Pph. sch.λφ Hildebertus* ('*glossa: amice aduerbium est, et inscriptio odae . . . de institutione puerorum' Barthius ex codice peruetere*) *u.* 2 *om. B* 3 feroces *Fγλπτu* 4 aeques *π* asta *πψ* *uu.* 5—12 *om. B* 5 dio A_1*Ac.* diuo *cett.* [*omn. codd. Cr.*] et *omittendum censet Doeringius* trepidus *γλχ* 6 menibus A_1 7 tiranni *Au* 8 Prospitiens *π*1*u* 10 lacesset A_1[3 *Bland.*] *opp. sch.γ bis* 12 iras ψ cedes *Aγπτu* 13 dequorum *Ac.* 14 prosequitur *χ(σgp)* [*cod. Mart.*] consequitur *Bentl. opp. Ac.* 15 ībellis *B* imbellis *λ* 16 Poblitibus *Bτ* timidoue *ABγλτGχAc. Bentl.* timidoque *Fλπuχ* *uu.* 17—32 *om. B*

intaminatis fulget honoribus,
nec sumit aut ponit secures
arbitrio popularis aurae.
Virtus recludens immeritis mori
caelum negata temptat iter uia,
coetusque uolgaris et udam
spernit humum fugiente pinna.
est et fideli tuta silentio
merces: uetabo, qui Cereris sacrum
uolgauit arcanae, sub isdem
sit trabibus fragilemque mecum
soluat phaselon: saepe Diespiter
neclectus incesto addidit integrum;
raro antecedentem scelestum
deseruit pede Poena claudo.

III. iustum et tenacem propositi uirum

TESTIMONIA.

25 sq. 'est — merces' florileg. Paris. 8069 31 sq. Seru. ad Aen. I 543 schol. Stat. Theb. V 60

III 3. 1—4 '. . . nisi forte delirare illis uidetur Flaccus in lyricis

---

VARIA LECTIO.

18 Incontaminatis *uμcorr.y* interminatis *Peerlk.* 21 inmeritis *γπ* in meritis *Hildebertus* mori] mox *Hildeb.* 22 Célum *u* iter] ire *Aλτχ Hildeb. non Pph. sch.λφ* *ire u* 23 Caetus *Aγπτu* uulgaris *γπpr.τ* uulgares *cett.* 24 fugente *τ* penna *Fλπτu*A_2 [pinna *'V'*] 25 et *om. λ* tuta] cuncta *y* 26 Meres A_1 uitabo *λ* 27 Volgarit *Fπχ(s)* Vulgarit *λuγuar. Pph. sch.λφ* ς*(αϑμϱσghnpv)* Vulgauit *Aγτ Gχ(β)Acr. et sch.γ* Volgauit *χ(δ)* archanae *AFγτu* arcane *π* subistem *τ* hisdem *A* 28 fragilemue *Bentl.* 29 phasilon A_1 phaselum *πιu χ*$A_2 \lambda_2$ *Ac. loco pr. opp. Acr. et Ac. alt. l.* phiselon *sch.γ* sepe· *Aγλπu* sepę *φ* 30 Nec lectus *A Ac.* Neclectus π_1 Neglectus *cett.* 31 antecedente *F* 32 pena *u* pęna *Acr.* cl$\overset{a}{u}$do *π*

III 3. *Continuant hoc carmen antecedenti A 'V' χ(δϱ)Acr. I Porph. et sine dubio archetypus cod. B, qui hanc oden omisit [in 'V' haec ode nec inscriptione, nec litteris maiusculis a praecedente separata est]* AD MVSAS DE AVGVSTO QVI IN PROPOSITO SVO VIDETVR PERSEVERARE *Fλ* AD MVSAS DE AVGVSTO *γ* AD AVGVSTVM *τ*

non ciuium ardor praua iubentium,
  non uoltus instantis tyranni
    mente quatit solida neque Auster
dux inquieti turbidus Hadriae
nec fulminantis magna manus Iouis;
  si fractus inlabetur orbis,
    inpauidum ferient ruinae.
hac arte Pollux et uagus Hercules
enisus arces attigit igneas,
  quos inter Augustus recumbens
    purpureo bibet ore nectar.
hac te merentem, Bacche pater, tuae
uexere tigres indocili iugum
  collo trahentes; hac Quirinus
    Martis equis Acheronta fugit,
gratum elocuta consiliantibus

TESTIMONIA.

cum dicit: iustum — solida' Lactantius instit. diu. V 13 'iustum — solida' Vincentius Bellou. V 70 'uirum iustum et propositi tenacem non ardor ciuium praua iubentium, non uultus — solida' Hildebert. moral. philos. p. 978   7 sq. Hieronymus epist. 6 ad Iulianum (Vallars. I 17ᵃ) id. epist. 118 ad Iulianum 2 (Vallars. I 787ᵇ)   'quod in lyrico carmine super iusti praeconio dicitur: si — ruinae' Hieronym. epist. 129 ad Demetrium 7 (Vallars. I 976ᵃ)   'quem ut Flaccus in lyrico carmine ait: si — ruinae' Hieronym. comment. in epist. ad Ephesios lib. III c. 5 (Vallars. VII 653ᶜ)

VARIA LECTIO.

3 uultis *A1* uultus *γλτuA2*   tiranni *Au*   5 inqui&is *πa.ras.* hadrie *A1* adrię *πu1Ac.*   6 magna Iouis manus *ω*   manus] domus *G*
7 inlabatur *FγπA2λcorr.χ(ϱ) sch.γλφ(interpr.' ruat')* illabatur *ς comment. Hieronymus* inlabetur *A1λpr.* illabetur *τχ(β)* inlabitur *u* orbis] iouis *u1*   8 Impauidum *Aλ*   10 Enisus *Aγλ'V'u2χ(αβn)* [*'V' cum 4 aliis codd. Cr.*] *Ac.*   Innisus *Fπτu1ς(δϑμϱσghs) cons. sch.γλφ (interpr. 'incumbens')* (E//nisus *uv* En//ixus *p*)   12 bibet *A1γλτuGχ (αβϑns) comment.* bibit *FπA2ςPph.*   13 bache *τ*   14 tygres *F* 15 hac] ac *π*   16 Patris equis *y (cod. Barthii) Bentl. opp.Ac. Acr. sch. γ et cf.* 'Martis] *i. e. patria uirtute' sch.γ*   *uu.* 17—72 *del. Peerlk.* 17 *Porphyrion auctor est, fuisse qui inde ab hoc uersu nouam oden incipere arbitrarentur*   eloquuta *Aλ*   consilientibus *Fu*

Iunone diuis: 'Ilion, Ilion
fatalis incestusque iudex
et mulier peregrina uertit
in puluerem, ex quo destituit deos
mercede pancta Laomedon, mihi
castaeque damnatum Mineruae
cum populo et duce fraudulento.
iam nec Lacaenae splendet adulterae
famosus hospes nec Priami domus
periura pugnaces Achiuos
Hectoreis opibus refringit,
nostrisque ductum seditionibus
bellum resedit: protinus et grauis
iras et inuisum nepotem,
Troica quem peperit sacerdos,
Marti redonabo; illum ego lucidas
inire sedes, discere nectaris
sucos et adscribi quietis
ordinibus patiar deorum.
dum longus inter saeuiat Ilion
Romamque pontus, qualibet exules
in parte regnanto beati;

TESTIMONIA.

18 sq. 'Ilion — iudex' Porph. ad epist. II 1, 11

VARIA LECTIO.

18 diu*is* *A* ilion ion π1 21 qua *Lachmannus* distituit *τ* destuit *ψ*1 22 pancta *Ac.pr.* pacta *Ω* *Ac.corr.* laumedon *A*1 *sch.γ uno loco aut pr. aut corr.* (*opp. duobus aliis locis*) *χ*(*α*) 23 dampnatum *φψ*2 dannatum *u* damnatam *Bentl. et Lachmannus* minerue *τ* 24 popolo *λ* fraudolento *Ac.* *uu.* 25—28 *del. Linkerus* 25 laccnae *Aλτψu* lacene *φ* *lacenę π* 27 Per iura *Fγ* Peiura *τ* 28 Haectoreis *Fγλ Ac.* 29 sedicionibus *λ* 30 graues *Fπτu* 32 Troia *Heinsius et Bentl.* 33 ego *om. τ* 34 discere *Fγπτuς Ac.pr. Porph. A*2 ducere *A*1*λγuar.χ*(*ϑσιv*) *Ac.corr. sch.γ* ('*deorum conuiuiis etiam interesse permittam' Acr. et sch.γ*) *comment.* 35 Sucus *τ* Succos *λu* asscribi *u* ascribi *Aλ* 36 paciar *Fτ* 37 seuiat *Aπφu* 38 portus *u* exulęs *λ* 39 regnando *F*

dum Priami Paridisque busto
insultet armentum et catulos ferae
celent inultae, stet Capitolium
fulgens triumphatisque possit
Roma ferox dare iura Medis.
horrenda late nomen in ultimas
extendat oras, qua medius liquor
secernit Europen ab Afro,
qua tumidus rigat arua Nilus,
aurum inrepertum et sic melius situm,
cum terra celat, spernere fortior
quam cogere humanos in usus
omne sacrum rapiente dextra.
quicumque mundo terminus obstitit,
hunc tanget armis, uisere gestiens
qua parte debacchantur ignes,
qua nebulae pluuiique rores.
sed bellicosis fata Quiritibus
hac lege dico, ne nimium pii
rebusque fidentes auitae
tecta uelint reparare Troiae.
Troiae renascens alite lugubri
fortuna tristi clade iterabitur,
ducente uictrices cateruas
coniuge me Iouis et sorore.
ter si resurgat murus aeneus
auctore Phoebo, ter pereat meis

VARIA LECTIO.

41 Insultet *π* 42 Caelent *AFγλπτ* 46 extendet *Ac.* Extendat *Ω* horas *γπτu* quas *ψ* 47 Decernit *π* heuropen *F* europoen *π* affro *u* 50 caelat *Fτ* 51 in humanos usus *τ* 52 dextera *ψ* 53 quacumque *Bentl.* mundi *A2y* 54 tangat *y Bentl.* 55 debachentur *Aλχ* debacchentur *Fγπuχ Pph. Ac.* debachantur *τχ(ϱcorr.)* dibachentur *Acr.* 'dicit baccentur' *per err. sch.γ* 56 pluuię q: et rores *u* 57 Set *γ* 60 Tæcta *ψ* 66 Ductore *y(Pulmanni A)* structore *Bentl.* '*auctor tamen Latinum est*' *Peerlk. ad h. l.* phębo *Aγ* phebo *πτ*

excisus Argiuis, ter uxor
capta uirum puerosque ploret.'
non hoc iocosae conueniet lyrae:
quo Musa tendis? desine peruicax
referre sermones deorum et
magna modis tenuare paruis.

IIII

Descende caelo et dic age tibia
regina longum Calliope melos,
seu uoce nunc mauis acuta
seu fidibus citharaue Phoebi.
auditis, an me ludit amabilis
insania? audire et uideor pios
errare per lucos, amoenae
quos et aquae subeunt et aurae.
me fabulosae Volture in Apulo
nutricis extra limina * Pulliae

VARIA LECTIO.

67 ter uxor] et uxor *Ac.* 69 conueniat χ(*αhv*)*Ac.y* conueniens *G. Wolffius* haec . . . conuenient *Lambinus* haec . . . conueniunt *Fea opp.Ω Pph. G V* [*omn. codd. Cr.*] lirae *Aγu* lyre *π om. τ* 70 tendes A_1 *opp. Pph.*

III 4. AD CALLIOPEM (CALLIOPĒ *B* CALLIOPEN *γτ*) MVSAM *Ω* 1 celo *u* et *om. Pph. opp. Ac.* 2 mȩlos *ψ* 4 Seu] et *Peerlk.* cytharaue *Fλπτς* citharauȩ *A* cytharaque χ(δ_1) citharaque *y*(*Graevianus*) *Bentl.* phȩbi *Aγ* phebi *τ* 5 audiris *Fea opp. Acr. Pph.* 7 amȩnȩ *γτ* amenae *u* *uu.* 9—20 *del. Peerlk.* 9 fabulose *B* uulture *Bτu* Apulo] abdito *Bentl.* 10 Altricis *Fuar.*χ(*αδσghsv*) *non G Acr. et sch.γ Porph. comment.*χ(*βϑμϱnp*) [*2 Bland.*] limina pulliȩ A_1*Bsch.γ* ('*at* extra limina Pulliae, *ut sit pro nutricis' sch.γ item 'ORDO EST: me puerum fatigatum ludo et somno texere palumbes noua fronde in Volture Apulo extra limina Pulli*(*a*)*e fabulos*(*a*)*e nutricis' sch.γ*) *cf. Acr. ad u.* 19: '*Sacra autem dixit non propter solum Apollinem sed etiam propter se, eo quod paruus extra casae limen expositus lauro myrtoque columbis deferentibus tectus sit in omen futuri poetae'* limen apulliae *τ* Lim̄ in appulię *Ac.* limen apuliae *cett.* A_2ς *comment. Porph. sch.λφ* lumina Pulliae *Paulyus* limina sedulae

ludo fatigatumque somno
fronde noua puerum palumbes
texere, mirum quod foret omnibus,
quicumque celsae nidum Acherontiae
saltusque Bantinos et aruom
pingue tenent humilis Forenti,
ut tuto ab atris corpore uiperis
dormirem et ursis, ut premerer sacra
lauroque conlataque myrto,
non sine dis animosus infans.
uester, Camenae, uester in arduos
tollor Sabinos, seu mihi frigidum
Praeneste seu Tibur supinum
seu liquidae placuere Baiae.
uestris amicum fontibus et choris
non me Philippis uersa acies retro,
deuota non extinxit arbor
nec Sicula Palinurus unda.
utcumque mecum uos eritis, libens
insanientem nauita Bosporum
temptabo et urentis harenas

TESTIMONIA.

III 4. 23 (de Tibure) '. . . in praecipiti posita, ut Hor.: cliuumque (corrigendum fort. Tiburque) supinum' schol. Iuuen. III 192

VARIA LECTIO.

Bentl., Dauniae *Paldamus*, patriae *Vsenerus* limen adoreae *Hitzigius*, *alii alia coniectauerunt* 11 sonno *u* 14 celse *γ* nidu *A* cnidum *φ* acheruntiae *Fπuϛ*(*βδσhpv* -uncię *n* -uncie *g*) *Porph.* acherontiae *τ Acr. et sch.γ χ*(*μϱs* -ciae *α*) achoerontię *γ* acheronthiae *ABλ*$_1$ acherunthiae *λ*$_2$*χ*(*ϑ*) 15 cubantinos *τγuar.* [bantinos *omn. Bland.*] *cf. Fea ad h. l.* aruum *Ω* 16 Pinguę *A* ferenti *Fλπuϛ Porph. comm. Bentl.* forenti *ABγτ Acr. et sch.γ χ*(*αβμ*) *uu.* 17—20 *om. B* 18 premeret *ψ* 19 collata *τu* mirto *γτu* 20 diis *γτuA*$_2$ *Pph.* 23 Preneste *τu* 24 liquide *γ* 26 philippus *λ*$_1$ aties *ψ* 27 arbos *τ* arbor *cett. Ac. Pph.* *u.* 29 *om. B* 30 bosphorum *Ω* 31 urentis *AγλG sch.γ* urentes *Bτuϛ Ac.* arentis *πχ*(*δ*) arentes *Fχ*(*ϱhpvpr.*) [urenteis *codd. Bland.*] arenas *Fπ opp. Ac.*

litoris Assyrii uiator,
uisam Britannos hospitibus feros
et laetum equino sanguine Concanum,
uisam pharetratos Gelonos
et Scythicum inuiolatus amnem.
uos Caesarem altum, militia simul
fessas cohortes · abdidit oppidis,
finire quaerentem labores
Pierio recreatis antro.
uos lene consilium et datis et dato
gaudetis almae. scimus, ut impios
Titanas immanemque turmam
fulmine sustulerit caduco
qui terram inertem, qui mare temperat
uentosum, et urbes regnaque tristia,
diuosque mortalisque turbas
imperio regit unus aequo.
magnum illa terrorem intulerat Ioui
fidens iuuentus horrida bracchiis
fratresque tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo.

VARIA LECTIO.

32 Littoris *ABτu* assirii *ABFγτu* 33 brittannos *AFγ* 35 faretratos *F* 36 scithicum *Aτ* sciticum *πu* annem *u* agmen *y* 37 cesarem *Au* milicia *λ* 38 Fessus *y*(*Leidensis a prima manu et sch. Franekerani*) cohortes] fortis *Pph.* choortes *u* abdidit *AγτχAc. Acr. sch.γ bis* addidit *BFuχ*(*β*) *Pph.* reddidit *πpr.?χ*(δισϱι?*v*)*y* [1 *Bland.*; '*alii omn.* abdidit'] *Bentl. Peerlk.* redditis *π*(*sed* tis *in ras.*)*χ*(*h et cod. Leidens.*) redditas *y* (ab. [ł redidit] oppidis *μ*) opidis *ψ* opibus *τ* *uu.* 39—52 *om. B* 39 querentem *γu* 40 Pyerio $\pi\lambda_2$ 41 et datis] datis *Pph. om.* et; *itemque hunc locum laudat ad u.* 42 *Porph.* 42 alme *om.* γ_1 ut *om.* A_1 inpios *λ* 43 Tithanas *A* inmanem *Fπu opp. Pph.* turbam *AγτuGχ*(*βσps*) *Pph. sch.γ* turmam *Fλπς* 45 inhertem *Aγ* 46 uentosum et orbem *Kleeus* uentosum, et umbras *Bentl.* uentosum et undas *Peerlk.* *sed uide mus. Rhen.* 1863, 278 Ventorum *ψpr.* Ventuosum *τ* 47 mortalesque *Fγπτ* et mortales *u* turmas *AFλπGς* turbas *γτuχ*(*αβp*) *sch.γ* 50 bracchiis *φ* brachiis *cett.* 51 intendentes *Ac.* [1 *Bland.*] 52 inposuisse *AFλu* olimpo *AFγπu*

sed quid Typhoeus et ualidus Mimas,
aut quid minaci Porphyrion statu,
quid Rhoetus euolsisque truncis
Enceladus iaculator audax
contra sonantem Palladis aegida
possent ruentes? hinc auidus stetit
Volcanus, hinc matrona Iuno et
numquam umeris positurus arcum,
qui rore puro Castaliae lauit
crinis solutos, qui Lyciae tenet
dumeta natalemque siluam,
Delius et Patareus Apollo.
uis consili expers mole ruit sua,
uim temperatam di quoque prouehunt
in maius; idem odere uires
omne nefas animo mouentis.
testis mearum centimanus * Gyas
sententiarum, notus et integrae

TESTIMONIA.

65—68 Hildebertus moral. philos. 976 65 cf. 'gens in se diuisa omnia in se disturbant sua mole ruitura' translatio S. Dionysii Areopagitae c. 2 (Pertz XIII 357) 69 sq. 'Hor. in II carminum: testis — sententiarum' Prisc. VI 84 69 'centimanus gigas' Prisc. XVII 152

VARIA LECTIO.

53 Set *γ* tiphoeus *Fγπ* typheus *λu* typhęus *τ* ualidas *τ*1 minas *A*1 54 porphirion *AFγτ* phorphyrion *B* porphion *u* 55 roctus *B* rhetus *F* rethus *uπ*2 puthius *π*1 euolsis *A*1*Fχ* euosis (l superscr.) *π* euulsis *A*2 *cett.* ('*Al* euosis *i.* (*om. λ*) *e. annosis' sch.Fλ*) 56 Enchcladus *τu* Encelatis (h superscr.), al enceladus *π* 57 pallidis *λ*1 egida *Fu* 59 Vulcanus *ABγλπτu* 59 *sq.* iuno | Et numquam *Fπ* 60 Nunquam *u* umeris *A Pph.* humeris *cett. Ac.* archum *ψ*1 62 Crines *BFπτu* liciae *Fπu* litie *γ* tenet *om. π*1 64 patarcius *λ*1*u* patereus *γpr.* 65 consiliis *γ* consilii *cett. Ac. Pph.* ruit mole sua *u* mole////ruit sua *λ uu.* 66—68 *om. B* 66 dii *Aγλτu* 68 (omni animo mouentes *Hildeb.*) mouentes *Fγτu uu.* 69—72 *del. Hauptius Linkerus alii* 69 Gyas *ω* gigas *ΩV* [*omn. codd. Cr.*] *Ac.* Gyges *Bentl.* 70 sententiarum notus, et *Lambinus*

temptator Orion Dianae,
uirginea domitus sagitta.
iniecta monstris Terra dolet suis
maeretque partus fulmine luridum
missos ad Orcum; nec peredit
impositam celer ignis Aetnen,
incontinentis nec Tityi iecur
reliquit ales, nequitiae additus
custos: amatorem trecentae
Pirithoum cohibent catenae.

V

Caelo tonantem credidimus Iouem
regnare: praesens diuos habebitur
Augustus adiectis Britannis
imperio grauibusque Persis.
milesne Crassi coniuge barbara
turpis maritus uixit, et hostium
(pro curia inuersique mores!)

TESTIMONIA.

71 sq. 'Orion . . . cum uellet cum Diana concumbere, ut Hor. dicit, eius sagittis occisus est' Seru. ad Aen. I 535 item mythographus ap. Mai auct. class. III p. 13 et p. 132 77 Seru. ad Aen. VI 596 'Hor. inextinctum ait Titii iecur' mythogr. ap. Mai auct. class. III p. 190

VARIA LECTIO.

73 montris *γ1* 74 Meret *AFγλ1πτ* partos *B* partū *π1* 75 orchum *u* 76 inpositam *γπψ Pph.* caeler *F* aetnen *Pph.* ethnen *B* aethnen *A1γλτ* aethnam *πφλ2* ęthnan *A* ethnam *u* ethan *ψ* *uu.* 77—80 *del. Peerlk.* 77 nec] aut *Seruius* tycii *A* tycii *λ* titii *BFπτ γ in ras. ψ2* ticii *ψ1u* titui *Pph.* iec$\overset{\text{v}}{\text{o}}$r *τ* 78 Relliquit *τ* Reliquid *λχ(α)* Relinquit *uς Pph. Bentl.* 80 Perithoum *u Pph.* Piritoum *π* cathenae *F, om. B*

III 5. AD DIVVM AVGVSTVM *ABFλ* IN HONOREM DIVI (*om. τ*) AVGVSTI *γτ* 1 . ęlo *γ* Celo *u* crediđimus *AF* credi$^{\text{di}}$mus *π* credimus *B Pph. opp. Porph.* (*uaria lectio ex Acronis interpretatione orta esse uideatur*) 2 presens *γλφ* diuus *Ω* 3 brittannis *Aγψ Ac.* 5 crassis *λ* in coniuge *Peerlk. non Pph.* 6 ostium *λ1* 7 inuersis *λ*

consenuit socerorum in armis
sub rege Medo Marsus et Apulus,
anciliorum, nominis et togae
oblitus aeternaeque Vestae,
incolumi Ioue et urbe Roma?
hoc cauerat mens prouida Reguli
dissentientis condicionibus
foedis et exemplo trahenti
perniciem ueniens in aeuom,
si non periret inmiserabilis
captiua pubes. 'signa ego Punicis
adfixa delubris et arma
militibus sine caede' dixit
'derepta uidi; uidi ego ciuium
retorta tergo bracchia libero,
portasque non clausas; et arua
Marte coli populata nostro.
auro repensus scilicet acrior

TESTIMONIA.

III 5. 10 sq. Cledonius 1898 Seru. ad Aen. VII 188 cf. Florus II 21, 3: 'patriae, nominis, togae, fascium oblitus' et Probus de nomine exc. p. 208 K. 'Lucretius [sic per errorem] metrum custodiens rationem regulae excessit, qui ait anciliorum, uon ancilium' 10 Charis. 62

VARIA LECTIO.

u. 8 *om. τ* aruis *y(cod. Altorf.* 1) *coni. Tan. Faber Heinsius Bentl. opp. sch.γ Porph.* *uu.* 9—16 *del. Peerlk.* 9 Marsus *om. B* 10 Anciliorum et n: *Fπ'V'ς Pph. Charisius Cledonius Seruii Reginensis et edit. Dan.* et *om. ABγλ1τuGχ(σp) Seruii Parisinus* 7929 11 aeterne *π* ueste *A1π* 12 Incolomi *λψpr.G* 14 conditionibus *ABγπpr.ψu* 15 Fędis *F* Fedis *A* exemplo trahenti *comment. Canterus Bentl. 'trahere autem usitatum de contagione' Peerlk.* exempli trahentis *Bentl.* exemplo trahentis *Ω sch.γ* exemplum trahentis *Pph.* 16 Pernitiem *γπψ1Acr.* Pernetiem *ψ2* euū *π* acuum *cett.* 17 perirent *Glareanus* perires *Lachmannus* uae miserabilis *Paldamus* ım̄iserabilis *B* immiserabilis *τ* 19 Affixa *τu* 20 cede *Aπu* 21 Direpta *Ωsch.λφ[omn. Bland.]* Derepta *y(Pulmanni E)* Arrepta *y(Lambini liber* 1) *alterum* uidi *in marg. adscr. π* 22 bracchia *u* brachia *cett. Ac.* 23 $\overset{n}{e}$oncl$\overset{a}{u}$sas *π* clusas *χ(δσh)y [cod. Bland. habet* 'clusas'] *opp. Ac.* *uu.* 25—32 *del. Peerlk.* 25 redemptus *χ(ϑ) idem*

miles redibit. flagitio additis
  damnum: neque amissos colores
    lana refert medicata fuco,
nec uera uirtus, cum semel excidit,
curat reponi deterioribus.
  si pugnat extricata densis
    cerua plagis, erit ille fortis
qui perfidis se credidit hostibus,
et Marte Poenos proteret altero
  qui lora restrictis lacertis
    sensit iners timuitque mortem.
hic, unde uitam sumeret inscius,
pacem duello miscuit. o pudor!
  o magna Carthago probrosis
    altior Italiae ruinis!'
fertur pudicae coniugis osculum
paruosque natos ut capitis minor
  ab se remouisse et uirilem
    toruos humi posuisse uoltum,
donec labantis consilio patres
firmaret auctor numquam alias dato

TESTIMONIA.

27 sq. 'neque — fuco' Acron uolgatus et sch. γ ad serm. I 2, 83 29 sq. Seru. ad Aen. II 367 31 sq. 'si — plagis' Seru. ad Aen. VI 27 cf. 'muta quoque animalia cum fraude capiuntur, si aliquo modo se in fugam extricauerint, fiunt postmodo cautiora' Lactantius inst. VI 24

VARIA LECTIO.

in interpretationibus exhibent Acr. et sch.γ Porph. 27 Damnatum ψ Dampnum φ [dampnum *ubique codd. Cr.*] Dannum *u* nec *γτ* 28 referat *sch.γ ad serm.* I 2 29 semex *A*1 occidit *τ* *uu.* 31—34 *om. B* 31 Sic *y Seruii codices quidam* 33 se dedidit *Bentl.* 34 marte *F* penos *u* propt̄& *π* ꝑterit *τ* 36 inhers *π* 36 *sq.* mortem hinc, unde uitam sumeret aptius *Bentl.* 37 inscius] aptius *uA*2*λuar.* *π*2*φ*2*ψuar.χ*(*δϱsv*1)*y* anxius *Kreusslerus* inscius *Acr. et sch.γ Pph.* 38 pacem et duello *Bentl.* 39 cartago *BFπu* cartago *τ* probosis *γ* 40 ruginis *γ* 41 pudice *γ* 43 Ab *ABFλπuGς Pph.* A *γτχ* 44 Toruus *Ω* uultum *ABγλτu* 45 labantes *Fuτ*2 patris *π*

interque maerentis amicos
egregius properaret exul.
atqui sciebat quae sibi barbarus
tortor pararet; non aliter tamen
dimouit obstantis propinquos
et populum reditus morantem,
quam si clientum longa negotia
diiudicata lite relinqueret,
tendens Venafranos in agros
aut Lacedaemonium Tarentum.

VI

Delicta maiorum immeritus lues,
Romane, donec templa refeceris,
aedisque labentis deorum et
foeda nigro simulacra fumo.
dis te minorem quod geris, imperas.
hinc omne principium, huc refer exitum:
di multa neclecti dederunt
Hesperiae mala luctuosae.
iam bis Monaeses et Pacori manus

TESTIMONIA.

III 6. 1 schol. in Verg. georg. I 502 ap. Suringarum hist. crit. schol. II p. 347

VARIA LECTIO.

47 maerentis *B* merentis *Aγλτ* merentes *Fπu* 49 atqui] >qſ (= et quis) *B* 51 obstantis *πχ(δh)* obstantes *cett.* prop:] amicos *FπuGλuar.*ς[1 *Bland.*] 52 ređditus *ψ* 53 clientium *Fλa.r.π Acr. i.t.* negocia *τ* 54 Disiudicata *Fλιπτι?χ* *Diiud*icata *τ* relinquerit *B* relinquent *ψι* 55 *uenafros τ* uenefranos *u* uenafrenos *Ac.* 56 At *Aι* lacędemonium *γ* lacedomonium *A* lacedemonium *BFλτu*

III 6. AD POPVLVM *ABγ* AD POP: ROMANVM *τ* ITEM AD AVGVSTVM *Fλ* 1 inmeritus *Fπu expos. metr. Pph.* īmeritus *B* meritus *Peerlk.* in meritis *schol. Verg.* 2 refęceris *γ* 3 Aedes *Fγλπτu* Sedes *y* labentis *γπ* labentes *cett.* 4 Faeda *A* fumo simulacra nigro *τpr.* simulachra *π* 5 Diis *Aγλιu* quod] qui *y* quoad *Scheibeus* inperas *λ* 6 Hic *B* Huc *y* 7 Dii *Aγτu* neglecti *Ω* 8 Haesperiae *πψ* 9 monaesis *Aιχ(δ)V*[*Bland.*] monesis *Bγλπpr.τu*

non auspicatos contudit impetus
nostros et adiecisse praedam
torquibus exiguis renidet.
paene occupatam seditionibus
deleuit urbem Dacus et Aethiops,
hic classe formidatus, ille
missilibus melior sagittis.
fecunda culpae saecula nuptias
primum inquinauere et genus et domos:
hoc fonte deriuata clades
in patriam populumque fluxit.
motus doceri gaudet Ionicos
matura uirgo et fingitur artibus
iam nunc et incestos amores
de tenero meditatur ungui:
mox iuniores quaerit adulteros
inter mariti uina, neque elegit
cui donet inpermissa raptim

TESTIMONIA.

10 sq. 'idem (sc. Hor.) iu III (sc. carm.): non — nostris' Prisc. X 25

VARIA LECTIO.

$\varphi_2\chi$ *Acr. sch.γ bis* monessis *πcorr.χ(μv)* moneses *aut* monaeses *G* mones ses *φ* moneses *χ($\alpha_1\beta_1$)* non esses *ψ* monęses *Pph. genetiuum tuebatur Obbarius nou. ann. philolog.* LVI 117; *frustra: nam Alcaici uersus enneasyllabi uel hendecasyllabi quintam syllabam longam semper uoluit Horatius. Luc. Muellerus de re metr.* 164 10 Inauspicatos *ABλ$_1$u* Non auspicatos *cett.ς Ac. Prisc.* contulit *Fχ* *uu.* 11—13 *om. B* 11 nostris *optimi codd. Prisciani* nostris *uel* nostrorum *Bentl.* predam *λ* 13 Pene *F* Poene *γ* sedicionibus *λ* sæditionibus *τ* 14 dachus *F* et *om. λ* ethiops *BFλπu* *uu.* 15—48 *om. B* 17 Faecunda *λu* culpa *A* secula *ψ$_1$u* 19 clades] labes *Peerlk. opp. Pph.* 20 Impatriam *λ* 22 matura] a matre *Peerlk. opp. sch. γλφ* fingit *γ* frangitur *y* fungitur *y*[*Mart.*] *opp. Ac. Acr. sch.γ bis* [3 *Bland.*] artibus *A$_1$γλ$_1$τGχ*(*s$_1$*)[1 *Bland.*]*Ac. Acr. Pph.* artubus *Fπu γuar.A$_2$ς(αβδϑμϱσghpv)* [2 *Bland. Mart.*] *sch.λφ et hoc praeferendum censet Porphyrion* 23 incestus *τ* 25 querit *τu* 26 elegit *A$_1$πpr. χ(h)* eligit *F* eligit *γλτuA$_2$πcorr. Pph. uide gymnas. Austriac. annal.* 1862, 328 27 intermissa *Aγτχ(σh) Pph. Porph. interpol. Ac.* inpermissa *λπψuGγuar.ς(αδ$_1$ϑμϱgpv)Acr. sch.γ bis sch.λφ* impermissa *φχ(βns)*

gaudia luminibus remotis,
sed iussa coram non sine conscio
surgit marito, seu uocat institor
seu nauis Hispanae magister,
dedecorum pretiosus emptor.
non his iuuentus orta parentibus
infecit aequor sanguine Punico,
Pyrrhumque et ingentem cecidit
Antiochum Hannibalemque dirum;
sed rusticorum mascula militum
proles, Sabellis docta ligonibus
uersare glaebas et seuerae
matris ad arbitrium recisos
portare fustes, Sol ubi montium
mutaret umbras et iuga demeret
bobus fatigatis, amicum
tempus agens abeunte curru.
damnosa quid non imminuit dies?
aetas parentum, peior auis, tulit

TESTIMONIA.

29 sq. 'libertas emitur (coram)] i. e. marito, ut peccante uxore contentus sit tacere propter auaritiam. ut Hor. et non sensurum scio surgat maritus (corrigenda ut exhibent Horati codd.)' schol. Iuuenal. VI 140 36 'Hor. (sc. dixit) acrem tibiam Hannibalemque dirum' Quintilian. inst. VIII 2, 9 41—44 'idem (sc. Hor.) in III carminum: Sol — abeunte nocte' Prisc. VII 82 45—48 Hildeb. moral. philos. p. 982

VARIA LECTIO.

improuisa *y* (*Pulmanni cod. A et Achillis Statii liber*) *cf. etiam auctor epistulae Didonis ad Aeneam u.* 122 *sq.: 'tibine inpermissus habetur lege pudoris amor'* 28 gaudia] Oscula *u* 29 Set γ 30 surgat maritus *sch. Iuu.* seu] cum χ($\delta\sigma$)[1 *Bland.*] 31 hispaniae $A_2F_1\tau$ 32 praetiosus $F\gamma$ preciosus *u* p̄ciosus τ 34 equor πu 35 Pirrum $F\gamma$ Phyrum λ_1 Pl///rhum π et *om.* $F\pi$ cicidit A_2 36 Anthiochum $A\lambda$ Anthioccum *u* hannabilem $A\gamma$ annibalem $F\pi\chi$ durum $F\chi$($\mu\varrho h v_1$)*y non Ac. Quintil. Bentl.* 37 Set γ 39 glebas $AF\lambda\pi\tau u$ *Ac.* 41 ub*i* π 43 Bubus $A\gamma\pi\tau u_1 G$ *Ac.*λ_2 *Prisciani codd. nonnulli* Bobus $F\lambda_1 u_2$ *Priscianus* 44 curru] nocte *Priscianus* 45 Dampnosa $\lambda_2 u_2\chi$ imminuit $F\lambda\pi$ *Pph.* imminuis *y* 46 prior π_1

nos nequiores, mox daturos
progeniem uitiosiorem.

VII

Quid fles, Asterie, quem tibi candidi
primo restituent uere Fauonii
Thyna merce beatum,
constantis iuuenem fidei
Gygen? ille Notis actus ad Oricum
post insana Caprae sidera frigidas
noctes non sine multis
insomnis lacrimis agit.
atqui sollicitae nuntius hospitae,
suspirare Chloen et miseram tuis
dicens ignibus uri,
temptat mille uafer modis.
ut Proetum mulier perfida credulum
falsis impulerit criminibus nimis

TESTIMONIA.

47 sq. 'mox — uitiosiorem' Seru. ad georg. I 24

III 7. 1 'secunda ode: quid — candida' Diomed. 525

VARIA LECTIO.

47 datura *Seruius opp. Pph.* 48 uiciosiorem *τu*

III 7. AD ASTERIEN (ASTERIEM *τ*) *ABγτ* HAC ODE CONSOLATVR ASTERIÃ DE ABSENTIA (ABSENCIA *λ*) VIRI SVI SIMVLQ. MONET NE ALTERIVS SPECIE DECIPIATVR *λψ* CONSOLATVR PVELLAM DE CONIVGIS SVI DESIDERIO SIMVLQ. MONET NE ALTERIVS SPECIE VEL BLANDICIIS CAPIATVR *φ* (*simillimum in modum δπu*) 1 asteriae *Aψ* asterien *γ* candida *Diomedes opp. Acr. et sch.γ* 2 fauoni*i* *λ* 3 Thina *AFτu* 4 Constanti *ω* fid*ei* *π* fidei *cett. sch.γ*[*Bland.*] fide *y*(*Lambini libri quattuor*) [*cod. Mart.*] *Bentl.* fidi *y* [*Diuae*] fidē *y* (fidĩ *s*) 5 Gigen *Bπτu* nothis *Bλτφu A2π2* iactus *Ac. non Pph. sch.γ* 6 cap̄ę *B* sydera *τ* 9 sollicite *Aλ* 10 choen *B* cloen *u* miser/// *A*, ū *ab alt. m.* 12 mille] ille *τ* 13 pretum *τu* p̄tū *π Ac.* praetum *F* redulum *B* 14 compulerit *τ* inpulerit *γ* impulerit *cett.*

casto Bellerophonti
maturare necem refert.
narrat paene datum Pelea Tartaro,
Magnessam Hippolyten dum fugit apstinens;
et peccare docentis
fallax historias monet;
frustra: nam scopulis surdior Icari
uoces audit adhuc integer. at tibi
ne uicinus Enipeus
plus iusto placeat caue;
quamuis non alius flectere ecum sciens
aeque conspicitur gramine Martio,
nec quisquam citus aeque
Tusco denatat alueo.
prima nocte domum claude neque in uias
sub cantu querulae despice tibiae
et te saepe uocanti
duram difficilis mane.

VARIA LECTIO.

15 bellerophonte *A*1 bellerophontę *πpr.*, *sed* ę *in* i *mutata π* bellero fonte *ψ*1 bellerefonte *B* bello ro phonte *λ* bellaraphonte *τ* bellero fonti *φ* belloro fonti *ψ*2 bellorophonti *u* bello rophonti *γ* bellerophonti *A*2 (Bellerophonte *fort. datiuus anticus est*) 17 poene *γπ*1*τ* peleu tarro *π*1 18 Magnessem (a *sup.*) *ψ* Magnęssam *γ* hippoliten *AFπ* hipoliten *Bu* hypoliten *γ* hypolitem *λτ* fuit *γ* apstinē *B* abstinens *cett.* 18. 19 dum fugit | Abstinens et pecc: *F* 19 docentes *Fπu* 20 pellax *Bentl. opp. sch.γ* hystorias *F* mouet *Fχ*(*μϱsv*1) *Bentl. non Pph. et uid. Peerlk. ad h. l.* 21 scopuli *B* ikari *γ* 22 Vocis *Fπχ* Voces *cett.* audit] ludit (spernit *sup.*) *A*, *puncta et* spernit *ab alt. m.* spernit *χ*(*nscorr. Pulmanni AB*) *om. Fπ* (*qui totum uersum pr. om.*) (*'sed nullis ille mouetur fletibus aut uoces ullas tractabilis audit' Acr. et sch.γ* = *Vergil. Aen.* IIII 438 *sq.*) intiger *B* 23 Nec *Bπ*1*uχ opp. Ac.* enipheus *ABλy* inipeus *π* eunipeus *u* 25 aequum *Fπ*1 equum *cett.* 26 aeque] Neq. *A*1*B* E///q. *A*, E *et lineola infra locum rasum ab alt. m.* Equę *u* 27 ęquę *u* 28 albeo *B* 29 in uias *om. u* 30 Su cantu *A*1 cantū *πa.ras.* quaerulę *Aφ* 31 te *om. γ* sepe *ABγφu* 32 Dura *γ*

VIII

Martiis caelebs quid agam Kalendis,
quid uelint flores et acerra turis
plena miraris positusque carbo in
caespite uiuo,
docte sermones utriusque linguae?
uoueram dulcis epulas et album
Libero caprum prope funeratus
arboris ictu.
hic dies anno redeunte festus
corticem adstrictum pice dimouebit
amphorae fumum bibere institutae
consule Tullo.
sume, Maecenas, cyathos amici
sospitis centum, et uigiles lucernas
perfer in lucem; procul omnis esto
clamor et ira.
mitte ciuilis super urbe curas:
occidit Daci Cotisonis agmen,

TESTIMONIA.

III 8. 1 Seru. ad Aen. VIII 638 praem. 'tertia ode' Diomed. 525 5 'haec solertem ut Hor. docte sermones utriusque linguae' Donat. ad Terent. eunuch. III 2, 25 9—11 'Hor. in III carminum: hic — amphorae' Prisc. XVII 161

VARIA LECTIO.

III 8. AD MECENATEM (MEC: *AFγλτ*) *ABFγλτ* *hoc carmen Horatio abiudic. Peerlk.* 1 . artiis *γ* celebs *AFλπu exp. metr. Ac. alt. l.* caeleps *γ Porph.* celeps *Ac. alt. l. sch.γλφ* calendis *τ* 2 et *om.* *π* thuris *u* 3 in *om. ABλGχ* 3 *sq.* carbo | In cespite uiuo *Fγπτu* 4 Cespite *aut* cespite *AFγλτu* 5 sermones *τχ(spr.? vpr.) Donatus* sermonls *V* [*codd. Bland.*] (*sed uid. mus. Rhen.* 1863, 282) sermonis *cett.G Ac. Acr.i.t. sch.γ i.t. Porph.* lingue *A*ı*γλ*ı 6 dulces *Fu* 10 Corricē *B* astrictum *u* demouebit *Prisciani unus cod. non Ac.* 11 Amphore *A*ı Anphorae *Fπ* Anforae *Bγ* institute *A*ı 13 mecenas *AFτu* ciatos *Fu* ci///athos *π* 14 Hospitis *χ(δ) opp. Ac. sch.γ* uigilas *γ* 15 Profer *τχ(hv)* ('Perfer] *i. e. ducamus insomnem noctem' sch.γ*) 17 ciuiles *AFγλπτu* 18 dacci *u* cotisontis *y*

Medus infestus sibi luctuosis
dissidet armis,
seruit Hispanae uetus hostis orae
Cantaber sera domitus catena,
iam Scythae laxo meditantur arcu
cedere campis.
neclegens, ne qua populus laboret,
parce priuatus nimium cauere et
dona praesentis cape laetus horae ac
linque seuera.

VIIII

Donec gratus eram tibi,
nec quisquam potior bracchia candidae
ceruici iuuenis dabat,
Persarum uigui rege beatior.
'donec non alia magis

TESTIMONIA.

21 sq. 'seruit Hispan(a)e uetus hostis orae Cantaber s. d. c.' sch. *γ* in epist. I 18, 55

III 9. 1 Victorinus 2567 praem. 'quarta ode' Diomed. 525

VARIA LECTIO.

19 infestis *τy Pph. Bentl.* infestus *cett. Ac. sch.γ* luctuosus *y Bentl.* 21 hispaniae *A1 Porph.* horę *πφ* 22 cathena *ψ* catina *γpr.* 23 scythe *λ* scithae *BF* scytę *γ* scitę u *uu.* 25—28 *del. Linkerus* 25 Negligens *Bλuπcorr.* Neglegens *cett.* 26 et *om. χ(p)yω* 27 presentis *φ* rape *Fuχ(δμhs)* spe *πpr.* cape *cett. πcorr. GV* [*omn. Bland.*] letus *A1γu* loetus *ψ1* Ac *A* (cape l: horae | Ac linque s: *A*) ac *y*(rape laetus horæ ac *Pulmanni A*)ω et *χ(α) Bentl. om. BFγλπτuGς*

III 9. AD LYDIAM (LID: *Bλτ*) MERETRICEM (MERITR: *B*) *ABλτ* AD LIDYAM MERETRICEM ANTAPODICE *γ* ANTAPODOTICE (ANTAPOPOT: *φ*) *F* ANTOPODOTICE AD LYDIĀ ET LYDIAE AD SE *π*
1 . onec *γ* 2 Ne *A1* bracchia *u* brachia *cett.* candide *A1γλ* 5 aliam *uχ(δzϱ1gpv1) sch.λφ bis (accusatiuum test.) Bentl. non GV* [*omn. Bland.*] *Pph.* (*nihil de hac uoce Acr. et sch.γ*) [*'omnia scripta nostra habent* alia, *praeter Maldeg. quae habent* aliā, *cum uulgatis' Cr.*]

arsisti, neque erat Lydia post Chloen,
multi Lydia nominis
Romana uigui clarior Ilia.'
me nunc Thraessa Chloe regit
dulcis docta modos et citharae sciens,
pro qua non metuam mori,
si parcent animae fata superstiti.
'me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornyti,
pro quo bis patiar mori,
si parcent puero fata superstiti.'
quid si prisca redit Venus
diductosque iugo cogit aeneo,
si flaua excutitur Chloe
reiectaeque patet ianua Lydiae?
'quamquam sidere pulchrior
ille est, tu leuior cortice et improbo
iracundior Hadria:
tecum uiuere amem, tecum obeam libens.'

TESTIMONIA.

9 sq. 'Hor. in III carminum: me — sciens' Prisc. XVIII 194

VARIA LECTIO.

6 nec *γτu* lidia *AFu* cloen *Fπu Ac.* 7 lidia *AFγπu* 8 Romanę π1 Ilia] ulla *F* illa π, *uar.* ilia 9 thraessa *B* thressa *Aγλ τφπ2ψ2G Acr. Priscianus* thessa π1 thresa ψ1 trhessa *u*, *cf. Fleckeiseni libellus, quem inscripsit* 50 *Artikel etc. p.* 30 chressa φ2χ(α) cressa *y* cloe *Fu* riget *Fλπuχ* reget χ(σ) regit *test. sch.γ* 10 Dulces *u Prisc.* cithare*A*1 cytharae *γπτ* chytharae φ 11 Pro*q*ua π 14 Thurini *γπ τuς Ac.pr. sch.γ Porph.* Turini *F* Thyrini *Bλ* Thirini *Aγuar.* chalais *ABγπτ* orniti *A1Fλ1πu* 17 Quodsi *A1γ Ac. non Pph.* 18 Deductos *Bλ1ψ1 Pph.* (*nisi quod* deductus *Pph.*) *opp. sch.γ interpr.* '*diuisos*' 19 cloe *Fπu* 20 Reiecte *A1γ* reiecto *Peerlk.* lidiae *AFγλπu* 21 Quamuis *Fπuλuar.χ(μρσghs)* ('Quamquam] *quamuis*' *sch.γ* sydere *τψ2* pulcrior *Fu* clarior *Pph.* (*natum ex* III 1, 42 sidere clarior *et* III 9, 8 *et propter hoc damnandum; probabat Paulyus*) 23 adria *Fπ*

X

Extremum Tanain si biberes, Lyce,
saeuo nupta uiro, me tamen asperas
porrectum ante fores obicere incolis
plorares Aquilonibus.
audis quo strepitu ianua, quo nemus
inter pulchra satum tecta remugiat
uentis, et positas ut glaciet niues
puro numine Iuppiter?
ingratam Veneri pone superbiam,
ne currente retro funis eat rota.
non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
o quamuis neque te munera nec preces
nec tinctus uiola pallor amantium
nec uir Pieria paelice saucius

TESTIMONIA.

III 10. 'Ad Lycen loquitur, de cuius superbia in tertio questus est in illa ode cuius initium est: extremum — biberis Lyce' Porph. ad c. IIII 13 in. 'ei autem (sc. meretrici) insultat, de cuius superbia fuerat questus in illa ode: extremum Tanaym si biberes Lice' schol. γ ad c. IIII 13 in. 1 'quinta ode: extremum — Lyce' Diomed. 525 14 Seru. ad ecl. 2, 47

VARIA LECTIO.

III 10. AD LYCEN (LICEN *τ*) *ABτ* AD LICĒ (LINCĒ *γ*) SVPERBAM IN AMANTES *Fγλ* *hoc carmen Horatio abiudicabat Schwenckius mus. Rhen.* XV 245 1 biberis *A_1B Pph. opp. exp. metr. Ac.* lice *AFλπτu exp. metr.* 2 Seuo *Aλπτu* asperas *om. τ* 3 proiectum *Bentl.* obiicere *τ* 4 Ploralis *B* 6 pulcra *Bu* plura *y* satum *A_1* (*ut uid.*) *Bγλπ_1?τGχ Acr. sch.γ bis* situm *Fuπ_2χ*(*α_1βcorr. δ_1ϑμϱσcorr.s_1v*)*y Pph. sch.λφ* sacrum *A_2*(*π_1 erasum*) 6 *sq.* remugiat? sentis et positas ut glaciet niues *Bentl.*, *sed simillimum zeugma inuenitur c.* II 1, 21 *sqq.* remugiat, uentis et pos: ut gl: n: *Peerlk.* 7 glatiet *u* glacie *π* 8 puro numine] duro n: *Bentl.* puro lumine *Scaliger* puro et lumine *Peerlk. opp. sch.λφ* 10 Nec *B Ac.* rota funis eat retro *y Bentl.* fun*is* *A* funus *φa.r.* 11 Non in te *B* penelopem *λ_1* penelopin *π* difficile *ψ_1* 12 Thirrenus *A* Tyrhenus *B* Tyrrenus *F* Tirrenus *u* 14 nec] et *Seruius Dan.* 15 paelyce *γ* pelice *AFπτu* sautius *Au*

curuat, supplicibus tuis
parcas, nec rigida mollior aesculo
nec Mauris animum mitior anguibus.
non hoc semper erit liminis aut aquae
caelestis patiens latus.

XI

Mercuri (nam te docilis magistro
mouit Amphion lapides canendo)
tuque testudo resonare septem
callida neruis,
nec loquax olim neque grata, nunc et
diuitum mensis et amica templis,
dic modos, Lyde quibus obstinatas
applicet auris,
quae uelut latis equa trima campis
ludit exultim metuitque tangi,
nuptiarum expers et adhuc proteruo
cruda marito.
tu potes tigris comitesque siluas

TESTIMONIA.

III 11. 1 'sexta ode: Mercuri — magistro' Diomed. 525.

VARIA LECTIO.

16 *Curuet* u_2 suplicib: *π* 17 esculo *u* 18 Marsis *Heinsius* animum *ABF*π_1*Gχ*(*δϱns, non σ ut referunt*) *Porph.* animo *γλτu* $\pi_2\chi$ 19 Nec *τ* luminis *γa.r.* 20 Celestis *λu* paciens *τ*

III 11. AD MERCVRIVM *ABτ* PROSPHONETICE MERCVRIO LYRAEQ. (LIRAEQ. *γ*) *Fγλ* *Horatio abiudic. Schwenckius* 1 Mercurii λ_1 2 anphion *πu* *uu.* 3—6 *del. Peerlk. quod commentator eos non legisse uideretur opp. Acr. et sch.γ Porph. sch.λφ* 3 Teque *Pph.* 7 lidę *πτψ* lide *u* 8 Adplicet *γπ Ac. Acr. cf. Seruius ad Vergil. Aen.* I 616: '*adplicat secundum praesentem usum per d prima syllaba: secundum antiquam autem orthographiam . . . per p*' aures *Fλu* 9 aequa *πψ* 10 me///tuitque tangi *φ* me///tuͥtque tangi/// *ψ* 13 tygris *φ* tigres *Bu* comitis *ψpr.*

ducere et riuos celeres morari;
cessit immanis tibi blandienti
    ianitor aulae
Cerberus, quamuis furiale centum
muniant angues caput eius atque
spiritus taeter saniesque manet
    ore trilingui.
quin et Ixion Tityosque uoltu
risit inuito, stetit urna paulum
sicca, dum grato Danai puellas
    carmine mulces.
audiat Lyde scelus atque notas
uirginum poenas et inane lymphae
dolium fundo pereuntis imo
    seraque fata,
quae manent culpas etiam sub Orco.
impiae: nam quid potuere maius?
impiae sponsos potuere duro
    perdere ferro.
una de multis face nuptiali
digna periurum fuit in parentem
splendide mendax et in omne uirgo

VARIA LECTIO.

14 celebres *λ* 15 inmanis *AFπu Porph.* ĩmanis *B* blandientis *λ* *uu.* 17—20 *del. Buttmannus Naekius Peerlk. Eichstadius G. Hermannus Meinekius Hauptius Luebkerus Linkerus alii* 17 quauis *τ* eius atque] exeatque *Bentl.* aestus atque *Doeringius* illi et usque *Froehlichius* (eius *Ac.*) 19 t̄et̃ *B* teter *AFλπτu* 21 yxion *F* exion *γ* titiosq. *u* ticiosq. *τ* tityosq *A, punctum et* v *et* q *ab alt. m.* uultu *ABγλτu* ['Tityosque uoltu' **Bland.**] 22 inuita *B* inytto *γ* inuito///tatit *π* 23 danii *γ* 24 mulcet *γ* 25 lide *ψ*ı*u* lydę *π* Lyde sc:] scelus lide *u* 26 penas *u* pęnas *A* *om. τ* limphae *Aψu* 27 per euntes *F* 28 faeta *λ* 29 culpis *π* *uu.* 30. 31 *inuerso ordine in B test. Rittero* 30 Impie *A*ı*ψ*ı 31 Impie *A*ı*ψ*ı ['nam quid potuere maius impiæ? ***sic habent codices Bland. ut interrogationis nota subsequatur*** *τὸ* impiae'] putuere *B* 31. 32 potuere ferro | Perdere duro *u* 34 periuram *A*ı periurium *B test. Rittero* per iurium *ψ* per uirū *φ*

nobilis aeuom,
'surge' quae dixit iuueni marito,
'surge, ne longus tibi somnus, unde
non times, detur; socerum et scelestas
falle sorores,
quae, uelut nanctae uitulos leaenae,
singulos eheu lacerant: ego illis
mollior nec te feriam neque intra
claustra tenebo.
me pater saeuis oneret catenis,
quod uiro clemens misero peperci;
me uel extremos Numidarum in agros
classe releget.
i pedes quo te rapiunt et aurae,
dum fauet nox et Venus, i secundo
omine et nostri memorem sepulchro
scalpe querellam.'

TESTIMONIA.

37—39 cf. Auson. ephemer. 17 sqq. 'surge nugator lacerande uirgis; surge, ne longus tibi somnus, unde non times, detur: rape membra molli, Parmeno, lecto!' 47 sq. Seru. ad Aen. I 39. VI 1 51 sq. 'licet haec antiquitas per ἀποκοπὴν i. e. ablata I littera enuntiauerit, ut ipse de se Hor. . . . uatis Horati memorem sepulchro scalpe querellam' incerti grammatici fragm. de nomine et pronomine (ed. Eichenfeld.) § 2

VARIA LECTIO.

36 aeuo *Bχ*(*ϱ2* euo *μ2*) euum *u* aenum *rell.* 37 quae *om. B* mar to *φ* marto *ψ* 38 sonnus *u* 41 Que *F* nanctae *π1 Porph.* nac tę *γ* nactae *cett.* leenae *ABτ* laeenae *γ* 42 ehu *λ* 43 te *om. u* nec *γτχ* *uu.* 45—52 *del. Linkerus* 45 seuis *Aπuτcorr.* onerat *B* cathenis *ψ* 46 demens *y* 48 relig& (e supra) *π* *uu.* 49—52 *del. Peerlk. imitatus est Ausonius profess.* VII 17 *sq.* 49 rapient *y* aure *A* 50 i *om. πpr.uχ* 51 sepulcro *BFu* 52 Sculpe *uπ2χ*(*αϑμϱsncorr.*) Scalpe *cett.GV* [*codd. Bland.*] *grammaticus anonymus* ς ('Scalpe] *caela sculpe*' *sch.γ*) *ceterum cf. Fea ad h. l.* querellam *π1 grammaticus anonymus χ*(*β*) quaerelam *λ* querelam *cett.*

XII

Miserarum est neque amori
dare ludum neque dulci
mala uino lauere aut exanimari
metuentis patruae uerbera linguae.
tibi qualum Cythereae
puer ales, tibi telas
operosaeque Mineruae studium aufert,

TESTIMONIA.

III 12. 1—4 Fortunatianus 2704 Terentian. 2429 Victorin. 2567 praem. 'libro tertio . . . in duodecima ode inuenimus' Victorin. de metr. Hor. 2618 Hi omnes in discriptione carminis consentiunt cum Acr. et sch. γB 1 sq. Victorin. 2496. 2537 sq. Fortunat. 2695 Diomed. 510 praem. 'septima ode' Diomed. 525 'miserarum — ludum' Plot. 9, 13 2 sq. 'neque dulci — lauere' Seru. ad Aen. X 727 4 Rufinus de metr. p. 2726. 2727 bis schol. Pers. 1, 11 Censorini fr. de metr. 2, 7 Acron uolgatus ad serm. II 3, 88 non sch. γ cf. Priscian. perieg. 1034: 'psittacus . . . humanae simulat qui uerbera linguae'

VARIA LECTIO.

III 12. SVAVEM VITAM NON ESSE SINE IVCVNDITATE (IOC: τ) ET AMORE *ABτ* PARANETICE AD NEOBVLEN (NEVLEN φ NEVBVLEN ψ) SVAVEM VITAM NON ESSE SINE IVCVNDITATE ET AMORE *Fλ* PARANETICE AD NEOBVLEM γ '*Hoc metrum constat Ionico* (*ex Ionico B*) *minore et est duobus primis uersibus trimetrum:* Miserarum est. neque amori. dare ludum . . Neque dulci. mala uino. lauere aut ex. *tertius uero tetrameter scanditur ita:* Animari. metuentis. patru(a)e uer. bera linguae' *Acr. et sch.γB* *In libris tales discriptiones inueniuntur:* Miserarum — Neque — animari — Tibi — Tibi — Studium — Simul — uit — leroph: — Catus — Agitato — Celer — *A1B* [*item* '*V*']; *simillimum in modum*, *sed* Lauit *et* Belleroph: *FγτA2* Miserarum — Neque — Exanimari — Verbera — Tibi — Tibi — Studium — Nitor — Simul — Lauit — Belleroph: — Segni — Catus — Agitato — Celer — Excipere — *λπ*, *item nisi quod* Pede, *non* Segni *u* *Nos secuti sumus Rossbachium Westphalumque de re metr. Graecorum* III 308 1 Miserorum *λ* nec amori *γχ*(*αβnp*) *sch.γ alt. l. opp. sch.γ alt. l. et Acr.* 2 dari *π1* 3 *sq.* animari — linguae *om. B in contextu*, *sed adsunt in expositione metrica codicis B* 4 metuentis *Bπτχ Rufinus sch. Pers. Acr.* metuentis *A* metuentes *cett. Ac.* patrie (u *superscr.*) *Aπ* patriæ φ 5 cythareæ *Aτ* cithereae *u* 6 telas *F*

Neobule, Liparaei nitor Hebri,
simul unctos Tiberinis
umeros lauit in undis,
eques ipso melior Bellerophonte,
neque pugno neque segni pede uictus;
catus idem per apertum
fugientis agitato
grege ceruos iaculari et celer alto
latitantem fruticeto excipere aprum.

XIII

O fons Bandusiae splendidior uitro,
dulci digne mero non sine floribus,
cras donaberis haedo,
cui frons turgida cornibus
primis et uenerem et proelia destinat;
frustra: nam gelidos inficiet tibi

TESTIMONIA.

III 13. 1 praem. 'octaua ode' Diomed. 525. 3 Victorin. 175 G.

VARIA LECTIO.

8 neobule *Fπ* neobulę *γ* neobole *λ* neobolae *Aτ* neubole *u*. Liparaei nitor] lentor (e *in* i *mutata est*) *B* liparei *AFγλπτu* 10 unctus *Pph.* humeros *Apr.*(*corr. ead. m.*)*Fλπτu* 11 ~~la~~ | *la*Vit *A* ęques *π* aequus *λ* equis *Bγ* Bellerophonte *Aγ* Bellerofonte *Bλφ* Bellorofonte *ψ* Bellaraphonte *τ* Bellorophonte *π Ac.* 12 signi *γ* pedis ictu *Seyffertus* 14 fugientes *u* 15 et *om. ABλ1χ(ρ)y* alto *ABγτGλ2ς sch.γ i.t. comment.* arto *Fλ1π 'V'χ(μρσs) sch.λφ* arcto *uχ(αv)* *cf. Hom. Il. Λ* 415 βαθείης ἐκ ξυλόχοιο

III 13. AD FONTEM BANDVSIAE *ABτ* PROSEVTICE IN FONTEM BANDVSINV̄ (PANDVSINV̄ *γ*) QVI EST (ES *γ1*) IN SABINIS *Fγλ* 1 bandusiae *ABFλπτuV* [*omn. codd. Cr.*] *ς Ac. Acr. et sch.γ Pph. Porph. sch.λφ* bantdusie *expos. metr.* blandusiae *γχ(β)yω Diomedes. Fea contulit priuilegium Paschalis* II *anno* 1103 *scriptum, ubi legimus 'de castello Bandusii' et 'in Bandusino fonte apud Venusiam'* splendior *λ1* 3 aedo *Bχ* ~~h~~ędo *A* hedo *πτu* 4 fons *B* 5 et p̄lia et uenerem *B* p̄lia *ABπu* prelia *λ* 6 Fronstra *Apr., corr. ead. m.* inficet *B*

rubro sanguine riuos
lasciui suboles gregis.
te flagrantis atrox hora Caniculae
nescit tangere, tu frigus amabile
fessis uomere tauris
praebes et pecori uago.
fies nobilium tu quoque fontium,
me dicente cauis impositam ilicem
saxis, unde loquaces
lymphae desiliunt tuae.

XIIII

Herculis ritu modo dictus, o plebs,
morte uenalem petiisse laurum,
Caesar Hispana repetit penatis
uictor ab ora.
unico gaudens mulier marito
prodeat iustis operata diuis
et soror clari ducis et decorae

TESTIMONIA.

III 14. 1 praem. 'nona ode' Diomed. 525

VARIA LECTIO.

8 soboles *τu* 11 uomere] subuomere *Fπ* 12 Prebes *τu* 13 foncium *λ* 14 inpositam *Au* īpositam *B* 16 Limphae *γu* Nimphae *Fπχ* (nymphas *Porph. i. t.*) *recte sch.λφ* dissiliunt *y*

III 14. AD POPVLVM ROMANVM *ABτ* PARANETICE CIVIBVS IN AVGVSTVM (*cett. om. γ*) VICTOREM EX HISPANIA REDEVNTEM *Fγλ* *Peerlk. totum carmen interpolatum esse duxit, Duhamelius uu. 21—28 Horatio abiudicabat* 3 Cesar *u* hispania *τ* penates *BFγπτu* 4 hora *u* 6 diuis *Fγτuλuar.πuar.ς Ac. Acr. et sch.γ* ('*operationes ueteres sacrificia dixerunt, iustos uero diuos, quamuis generaliter dici possint, nunc tamen specialiter* [*spet: Acr.*] *posuit* . . .' *Acr. et sch.γ*) *Pph. Porph.* sacris *ABλπGφuar.χ*(*βϑnp*) [2 ***Bland.***] *sch.λφ* castis operata sacris *Bentl. coni.* 7 cari *Fπχ*(*δμϱσ*) *Pph.* clari *cett. πuar.φuar. sch.γ i.t.* decore *Fπ*

supplice uitta
uirginum matres iuuenumque nuper
sospitum. uos, o pueri et puellae
iam uirum expertae, maleominatis
parcite uerbis.
hic dies uere mihi festus atras
eximet curas: ego nec tumultum,
nec mori per uim metuam tenente
Caesare terras.
i pete unguentum, puer, et coronas
et cadum Marsi memorem duelli,
Spartacum si qua potuit uagantem
fallere testa.
dic et argutae properet Neaerae
murreum nodo cohibere crinem;

TESTIMONIA.

13 sq. 'Hor. in IIII carminum: hic — curas' Prisc. XVII 162 19 sq. Charis. p. 66

VARIA LECTIO.

8 Simplice uita *y* uita *λπuar.χ(spr.)* tuta *Fπχ sch.λφ(interpr. 'secura')* ('uitta] *al tuta, ut sit ordo: et soror clari ducis tuta suplice decore'* [!] *sch.γ recte Acr. et sch.γ alt. l.*) 11 Iam *Ω Porph. Ac. Acr. et sch.γ(interpr. 'nuptae')* non *Bentl.* expte *A* expertes *editores aliquot* male ominatis *γG'V'χ(β1hpvs2) Porph. Acr. et sch.γ?* ('Male nominatis parcite uerbis] *siue quia pro festiuitate dierum feriae* [*fieri sch.γ*] *indicebantur et abstinebatur a litibus iurgiisque siue quia in sacrificiis praecepto silentio bona omina habere iubebantur* [*uedebantur sch.γ*] *ne* [*nec sch.γ*] *incaute* [*in ciuitate Acr. sch.γ*] *loquentes uerbis omina facerent. ideo nunc parcite malis uerbis i. e. malis ominibus* [hom: *Acr. pr. sch.γ*]' *Acr. sch.γ* — 'male ominatis] *i. e. maledictis, al* nominatis' *sch.γ*) male///ominatis *Aτ* male nominatis *BFλπuγuar. ς Ac. Pph. ω* maled ominatis *Muretus* male inominatis *Bentl.* 14 Exiget *B* Exigit *π Priscianus cons. sch.λπφ(interpr. 'expellit')* Eximet *cett. πuar. Ac.* 16 Cesare *Au* 18 cadū *π* mars*i* *π* mersi *B* 19 Spartachum *ψ1* Spartag$\overset{v}{/\!/}$m *π*, g *in ras.* uagacem *Charisius opp. Ac. Pph.* 21 argute *γφ* argute~~m~~ *ψ* ne(h)ere *A* ne eerę *γ* nearę *B* nereę *u* 22 Mirreum *u* (murreus *sch.λφ i. t. sed sch.γ: 'mirra perfusum'*) [**omn. Bland.** 'Mureum' (*sic Cr.*)] cohibente *Muretus Bentl. Meinekius* crimen *γ*

si per inuisum mora ianitorem
fiet, abito.
lenit albescens animos capillus
litium et rixae cupidos proteruae;
non ego hoc ferrem calidus iuuenta
consule Planco.

XV

Vxor pauperis Ibyci,
tandem nequitiae fige modum tuae
famosisque laboribus;
maturo propior desine funeri
inter ludere uirgines
et stellis nebulam spargere candidis.
non, si quid Pholoen satis
et te, Chlori, decet: filia rectius
expugnat iuuenum domos,
pulso Thyias uti concita tympano.
illam cogit amor Nothi
lasciuae similem ludere capreae:
te lanae prope nobilem
tonsae Luceriam, non citharae decent

TESTIMONIA.

27 sq. Seru. ad Aen. V 172. VII 435 28 cf. 'Oratius. defusam c̄sule planco amforam' schol. Lucan. IIII 379 [cod. Paris. 7900ᵃ] (confudit hunc locum cum c. IIII 5, 33 sq.: prosequitur mero defuso pateris)

III 15. 1 Victorinus 175 G. praem. 'decima ode' Diomed. 525

VARIA LECTIO.

25 capillos *τ* 27 callidus *u a.ras.*

III 15. AD CHLORIDEM (CHLORIDEN *τ*) *ABτ* MENTICE AD CHLORIDEM (CHLORIDE *γ*) *Fγλ* 1 . xor *γ* ybici *λ* ibici *πu* 2 Tamdem *π* pone *γτχ(αβnp)y* fige *cett.* [*omn. Bland.*] *Ac. Pph.*

8 chlore *ABτ* chlorę *γ* clori *πu* chołori *ψ* dece(t) *π* 9 domus *Pph.* domos *Ω sch.γ* 10 thyias *A* thiyas *B* thyas *Fγ* thias *λπτu* timpano *u* timphano *Fπ* 11 nothy *γ* 13 lane *γ* 14 lucernam *γι(ut uid.)* cithare *B* cytharae *Fπτ* cythare *γ*

nec flos purpureus rosae
  nec poti uetulam faece tenus cadi.

XVI

Inclusam Danaen turris aenea
robustaeque fores et uigilum canum
  tristes excubiae munierant satis
    nocturnis ab adulteris,
si non Acrisium uirginis abditae
custodem pauidum Iuppiter et Venus
  risissent: fore enim tutum iter et patens
    conuerso in pretium deo.
aurum per medios ire satellites
et perrumpere amat saxa potentius
  ictu fulmineo: concidit auguris
    Argiui domus ob lucrum
demersa exitio; diffidit urbium

TESTIMONIA.

III 16. 1 Seru. ad georg. III 173 praem. 'undecima ode' Diomed. 525 cf. Hieronym. epist. ad Gaudentium: 'quod didicerunt secreto, docent inclusamque Danaen uulgi sermonibus uiolant' 8 'unde eleganter Hor.: uerso in pretium deo' mythogr. III tract. 3, 5 ap. Mai auct. class. III 173 9—11 'aurum — fulmineo' Hildebert. moral. philos. p. 978 13 sq. 'Hor. in III carm.: demersa — aemulos' Prisc. X 25

VARIA LECTIO.

uu. 15. 16 *inuerso ordine in Bλ* 15 Ne τ 16 po///ti γ uetulam *uχ(αsv Pulmanni A) comm. Cr. cons. Porph. in priore adnotationis parte* uetula *ABFγλπτGς[1 Bland.] Acr. et sch.γ Pph. et Porph. in altera scholii parte sch.λφ* fece πτυψ2

III 16. AD C. MECENATEM *Aτ* AD MAECENATEM *B* YPOTETICE MECENATI *Fλ* AD MECENATEM HYPOTHETICE *γ* 1 danain τ ahenea *Diomed.* enea *A* aenea *Pph. Ac. Seruius* 2 uigilium *πa.ras.τcorr.* 3 Tristis *λπ* Trist//s (e *superscr.*) *ψ* exuuiae *B* 4 ab ad:] adulteriis *F* ab *ad*ulteris *π* 6 Custodem~~que~~ *ψ* pa*u*idum *π* rabidum *Pph.* iupiter *Bγψ* *uu.* 7—27 *om. B* 7 Risisent *ψ1* risisset *Bentl.* fori *π* 8 prae//ium *λ* praetium *AF* 10 (potentis *Hildebert.*) 11 concidit — 15 muneribus *subditicia iudicat Peerlk.*
12 oblocrum (v *superscr.*) *ψ*, v *ab alt. m.* 13 Dimersa *Aπτuχ(δgnsv)* Demersa *sch.γ*(?,

portas uir Macedo et subruit aemulos
reges muneribus; munera nauium
saeuos inlaqueant duces.
crescentem sequitur cura pecuniam
maiorumque fames. iure perhorrui
late conspicuum tollere uerticem,
Maecenas, equitum decus.
quanto quisque sibi plura negauerit,
ab dis plura feret: nil cupientium
nudus castra peto et transfuga diuitum
partes linquere gestio,
contemptae dominus splendidior rei,
quam si quicquid arat impiger Apulus
occultare meis dicerer horreis,
magnas inter opes inops.
purae riuos aquae siluaque iugerum
paucorum et segetis certa fides meae

TESTIMONIA.

'Hor. in III carm.: diffidit — aemulos' Prisc. VI 29 'diffidit — aemulos' Abbo Floriacensis quaest. gramm. c. 7 (Mai V 336) 15 sq. 'munera saeuos — duces' Hildebert. l. c. 17 sq. 'crescentem — maiorque fames' Hildebert. moral. philos. p. 990 sq. 17 Vincentius Bellou. VII 70 floril. Paris. 8818ª 21 sq. 'quantum quisque sibi plura negauerit, tanto a diis plura refert' Hildebertus moral. phil. p. 991 28 Porph. ad serm. II 3, 142

VARIA LECTIO.

interpr. 'deiecta hiatu telluris') Priscianus exicio *λpr.* excidio *πuλcorr.χ(ϑhsv) sch.λφ* exitio *cett. Priscianus (...'ad bellum quod exitiale (exic: sch.γ exitialē Acr.) uelut uates prescius (perscius sch.γ) declinabat' Acr. et sch.γ)* 14 (subripuit *Abbo Floriacensis*) emulos *Aπu* ę̧mulus *γpr.* 16 Seuos *τu* illaqueant *τu* 18 iure — 22 feret *del. Peerlk.* 18 perorrui *ψ1* perhorui *γ* 19 La//te *ψ* 20 Mecenas *Aτu* 22 A *γτχ(δp) Pph. ω* Ab *cett.* dis *πpr.: Pph.* diis *πcorr. cett.* nihil *Aπ1* nichil *λ* 24 liquere *ψ1* 25 Contempte *Aγλ* Contemptem *ψ1* Contenptę̧ *u* Contentae *y(Pulmanni A)* 26 si quid(c)q(1)d *A, punctum, c, iunctura, tertia* i *a correctore add. sunt* si¢ (quic) quid, *corr. alt. atram. ψ* inpiger *FγuAc.* non piger *γω*[impiger *omn. Bland.*] *cf. Symmach. epist.* V 67 *'sic olim Marsus impiger et fortis Sabellus robur habuerunt'* 27 Ocultare *γ* orreis *F* *u.* 28 *extat in B post u.* 6 *uu.* 29—44 *om. B* 29 Pure *γ* riuus *Ω* que *om. τ*

fulgentem imperio fertilis Africae
fallit sorte beatior.
quamquam nec Calabrae mella ferunt apes,
nec Laestrygonia Bacchus in amphora
languescit mihi, nec pinguia Gallicis
crescunt uellera pascuis;
importuna tamen pauperies abest,
nec, si plura uelim, tu dare deneges.
contracto melius parua cupidine
uectigalia porrigam,
quam si Mygdoniis regnum Alyattei
campis continuem. multa petentibus
desunt multa: bene est, cui deus optulit
parca quod satis est manu.

XVII

Aeli uetusto nobilis ab Lamo,

TESTIMONIA.

34 Porph. ad c. III 21, 8 42—44 'multa — manu' Hildebert. l. c. 43 sq. 'bene est — manu' schol. γ epist. I 2, 46

III 17. 1 praem. 'duodecima ode' Diomed. 525 'hic Lamia,

VARIA LECTIO.

31 Fulgent *π*1 fulgente *Bentl. opp. sch.γ* ('*sc. homine*' *sch.φ*) africe *A*1*γ* affrice *u* 32 fallit. Sorte beatior, *Wakefieldus* 33 Quanquam *F* calabre *γ* ferant *τ* 34 lestrygonia *λτ* lestrigonia *AFπu* bachus *Fτ* bac///chus *π* amfora *Porph. ad* III 21, 8 35 michi *φ* 37 Inportuna *Fγπu Acr.* 38 Ne *τ* tu — 42 continuem *del. Peerlk.*, *idem pro* si *ponebat* mî, *qua forma in carminibus numquam usus est Hor.* 39 Contracta *uχ*(*ϑgs*) *Porphyrionis Guelferbyt. et edit. uetust. non Pph. Monac. Ac.* 41 mydoniis *λ* migdoniis *Aψuycorr.* migdoneis *γpr.* halyatti *Porph.* aliatti *Acr.* hal*y*athii *λ* alia///thii *π* halialyti *A*1 *ut uid.* aliathi *u* aliathii *χ*(*s*1*v*) aliat thii *F* haliattici *τχ*(*p*) aliattici *γ* Alyattei *Bentl.* 43 est *om. u*1 obtulit *γπuψ*2 *Porph. non ψ*1 *Ac. sch.γ*

III 17. AD AELIVM LAMIAM (LAMIVM *B*) *ABτ* PARANETICE AELIO LAMIAE (LAMIO *Fλ*) *Fγλ* *totum carmen del. Peerlk.* 1 a lamo *y*, *non expos. metr. Ac. Pph.* (*quamquam in interpr. Acr. et sch.γ*

quando et priores hinc Lamias ferunt
denominatos et nepotum
per memores genus omne fastos
auctore ab illo * ducit originem,
qui Formiarum moenia dicitur
princeps et innantem Maricae
litoribus tenuisse Lirim
late tyrannus: cras foliis nemus
multis et alga litus inutili
demissa tempestas ab Euro
sternet, aquae nisi fallit augur
annosa cornix. dum potes, aridum
compone lignum: cras Genium mero
curabis et porco bimenstri
cum famulis operum solutis.

TESTIMONIA.

quem in carminibus alloquitur: 'A(e)li uetusto — Lamo' schol. γ epist. I 14, 16 3 sq. 'et nepotum — fastos' Seru. ad Aen. XII 530 4 'apud Hor. duplicem inuenio scripturam et fastos et fastus in III carminum: per memores genus omne fastos, et fastus in aliis codicibus' Prisc. VI 72 7 sq. 'et innantem — Lirim' Seru. ad Aen. VII 47 12 sq. 'Hor. in III carm.: nisi — cornix' Prisc. VII 34

VARIA LECTIO.

Porph. sch.λφ: a Lamo) *uu.* 2—5 *del. Buttmannus* (*mytholog.* II 366) *aliique permulti uiri doctissimi* 2 feruunt *γ* 4 fastus *Fπpr.χ*(δϱ1σ) *Pph.* fastos *ABγλτuςπcorr. Ac. Acr. et sch.γ* ('*per fastos autem consules uult accipi*' *Acr. sch.γ*) *Seruius* 5 Auctore// *u* ducis *Ω sch.γ* ducit *D. Heinsius Bentl. Hauptius alii* 6 *f*ormiarum *A* menia *Au* ducitur *γ* 7 inantem *γ* 8 Littoribus *Aλu* lyrim *FτG* 9 tirannus *A* 12 fallat *ψ*, *corr. alt. m.* 13 potes *Ως Ac. Acr. et sch.γ* (*interpr.* '*permitteris*') *Pph.* potis *π2φuar.ψ2ψuar.y* (*Leidensis Graeuianus Reginensis a prima manu*[?]) *Bentl.* potest *χ*(*hp*) haridum *A* 14 Conpone *γu* lignō *φ* l*ignum u* 15 porca *y Pph. cf. Seruius ad Vergil. Aen.* VIII 641: *in omnibus sacris feminei generis plus ualent uictimae* bimestri *πpr̄. Pph.* 16 salutis *B*

XVIII

Faune, Nympharum fugientum amator,
per meos finis et aprica rura
lenis incedas abeasque paruis
aequos alumnis,
si tener pleno cadit haedus anno,
larga nec desunt Veneris sodali
uina craterae, uetus ara multo
fumat odore.
ludit herboso pecus omne campo,
cum tibi Nonae redeunt Decembres;
festus in pratis uacat otioso
cum boue pagus;
inter audaces lupus errat agnos;
spargit agrestis tibi silua frondes;
gaudet inuisam pepulisse fossor
ter pede terram.

TESTIMONIA.

III 18. 1—3 'Faune — incedas' Isidorus orig. VIII 8, 104 1 praem. 'tertia decima ode' Diomed. 525 3 sq. Seru. ad Aen. VII 91

VARIA LECTIO.

III 18. AD FAVNVM DEVM *ABτ* PROSEVTICE IN FAVNVM DEVM AGRESTEM *Fγλ* 1 nimpharum *Aπu* fugientum *Aγλτ expos. metr. Diomed. Isidori ω* fugientium *Bπφu Isidorus ed. Lindem.* fugen[i]tium *ψ* 2 fines $\pi\tau u\lambda_2$ 3 Laetus *y* (*test. Peerlk.*) incedis *γ* ⅎ ĩcedas ĩcendas *B* adeasque *B* 4 Ęqis *B* Aequus *cett.* alumnus *ψa.ras.* alunnis *u* 5 cadet *χ*(*ϑσ*) *opp. Ac. Acr. et sch.γ* hedus *πτu* 6 ueneri A_1B 7 creterrae *Fπ Porph. sch.λφ* cratere *AγτAc.* craterae *BuG cons. Acr.* cræterrę *λ* ħara *A* 8 Famat F_1 Fumat *π* ħodore *πu* 10 Dum *χ* decembris $uA_2\chi$ *sch.γi.t. Ac. opp. Acr.* decenbris *λ* 11 ocioso *γ* 12 pardus *FπuAuar.ς opp. Ac. Acr. sch.γ bis uu.* 13—16 *del. Peerlk.* 13 erat ψ_1 14 agrestes *Aγπτu* acrestis *ψ* 15 repulisse *γ*

XVIIII

Quantum distat ab Inacho
  Codrus, pro patria non timidus mori,
narras, et genus Aeaci,
  et pugnata sacro bella sub Ilio:
quo Chium pretio cadum
  mercemur, quis aquam temperet ignibus,
quo praebente domum et quota
  Paelignis caream frigoribus, taces.
da lunae propere nouae,
  da noctis mediae, da, puer, auguris
Murenae: tribus aut nouem
  miscentur cyathis pocula commodis.
qui Musas amat impares,
  ternos ter cyathos attonitus petet
uates; tris prohibet supra
  rixarum metuens tangere Gratia

TESTIMONIA.

III 19. 1 praem. 'quarta decima ode' Diomed. 525. 10—15 'in expeditione . . . super mensam meam facta est inuitatio, non illa de Rubrii conuiuio ut Graeco more biberetur, sed illa de Flacci ecloga, in qua propter mediam noctem et nouam lunam et Murenae auguratum ternos ter cyathos attonitus petit uates' Ausonius praefat. idyll. 11

VARIA LECTIO.

III 19. AD TELEPHVM *Bτ* AD TELEFVM *A* DIASTOLICE AD TELEPHVM MVRENAM (OB MVRAENAM *δ*) AVGVRIO HONORATVM *Fγλ*

1 Quamtum *λ* distet *ABFγλπu Pph. sch.λ sch.Fcorr. Diomedes* distat *τχ(αβgnps) Ac. sch.Fpr.* distent *expos. metr.* 2 non timidus pro patria mori *Fπuχ(δμϱsv) opp. Ac.:Pph.* 3 Aeaci] faci> (faciet) *B* eaci *Aλu* 4 sacra *πι Hauptius opp. Ac. Porph.* (*'Sacrum Ilium' Acr. sch.γ*) sub illo *ψpr.*, *alt.* l *per ras. in* i *mutata* 5 precio *B* p̄cio *τ* praetio *ψ* 7 prebente *τ* 8 Pelignę scaream *B* Paelignis *χ(σιh) Porph.* Pelignis *Ω Ac.* *uu.* 9—28 *del. Peerlk.* 9 lune *F* 10 noctis *ψ* auguris *ψ* 11 Munere *Fπχ* Mur*ene u* Murene *πuar.*

12 miscentor *cum Rutgersio et N. Heinsio Bentl.* ciathis *Aλι* chyatis *π* ciatis *γu* 14 Ter noster adtonitus cyathos (ciathos *ψ*) petet *F* Ternos ter attonitus ciathos (chyatos *π*) petet *πu* (*simillime σs*) ciathos *ABψu* petat *χ(n)* 15 Vatis *B* tres *λπpr.φu* træs *ψ* pro^h^ibet *ψ* 16 gracia *ψ* grati*a π*

nudis iuncta sororibus.
  insanire iuuat: cur Berecyntiae
cessant flamina tibiae?
  cur pendet tacita fistula cum lyra?
parcentis ego dexteras
  odi: sparge rosas; audiat inuidus
dementem strepitum Lycus,
  et uicina seni non habilis Lyco.
spissa te nitidum coma,
  puro te similem, Telephe, Vespero
tempestiua petit Rhode:
  me lentus Glycerae torret amor meae.

XX

Non uides, quanto moueas periclo,
Pyrrhe, Gaetulae catulos leaenae?
dura post paulo fugies inaudax
    proelia raptor,
cum per obstantis iuuenum cateruas

TESTIMONIA.

III 20. 1 praem. 'quinta decima ode' Diomed. 525

VARIA LECTIO.

17 Nu///dis *F* 18 iubat (v superscr.) *A*, v *ab alt. m.* iub& (uat superscr.) *B* berecynthiae *γλτ* berecinthiae *ABφuψ*2 berechintię *πψ*1 *uu.* 19—29 *del. Peerlk.* 20 *fistula* *π* lira *AF* 21 Parcentes *Fπu* dextras *A* 23 licus *Fπτu* 24 habili '*V*' *opp. Ac. sch. γ Porph.* lico *πψ*1*u* 27 rhode *A*1*Bγλτχ*(*βσ*) *sch. γ* rode *Pph.* chloe *Fχ*(*δhns*) cloe *πuχ*(*ϑgpv*) *sch. λφ* clohe *A*2(yhode *α* clohę *μϱ*) 28 glycere *γ* clycerę *ψ* clycere *φ* glicere *A*1 glicerę *πuA*2

III 20. AD PYRRVM (PYRIIRṼ (·H superscr.) *B*, *alt.* H *ab alt. m.* PHIRRVM *τ*) *ABτ* AD PYRRVM, QVI NEARCVM SOLLICITABAT (SOLLICITARAT *λ*) *Fλ* AD PYRRHVM TEMPTANDO QVIN NEARCHVM SOLLICITET *γ* 1 periculo *ψ Ac.pr.* tumultu *π*1*u*1*χ*(*sv*)*y* 2 Pyrre *πψ* Phyrre *τ* Pirre *Au* getulae *BFπτuA*2 getule *A*1 leaneae *A* leenae *BFπτ* 3 paulum *Fπτλ*2*ς* paulo *cett. G*(?) *V*[*omn. Bland.*] *sch. γ* 4 Praelia *Aλ* p̄lia *B* 5 cum] Quae *πuar.* obstantes *u*

ibit insignem repetens Nearchum:
grande certamen, tibi praeda cedat
maior an illi.
interim, dum tu celeris sagittas
promis, haec dentis acuit timendos,
arbiter pugnae posuisse nudo
sub pede palmam
fertur, et leni recreare uento
sparsum odoratis umerum capillis,
qualis aut Nireus fuit aut aquosa
raptus ab Ida.

XXI

O nata mecum consule Manlio,
seu tu querellas siue geris iocos
seu rixam et insanos amores
seu facilem, pia testa, somnum,
quocumque lectum nomine Massicum

TESTIMONIA.

III 21. 1 Porph. ad epod. 13, 6 praem. 'sexta decima ode' Diomed. 526

VARIA LECTIO.

6 nearchum *ψ* nearcum *u* 7 *sq.* prȩda maior | Cædat an illi *τ* 7 preda *γu* cȩdat *Fγ* 8 maior an illa *coni. Peerlk. opp. sch.γλφ* 9 celeres *AFλu* 10 hec *τu* timendos] superbos *y* 14 moderatis *B* u. *Ac.* humerum *Ω* 15 nereus *Ω Ac. Acr. et sch.γ Pph. Porph.* (*opp. Acr.I Porph.I*)

III 21. AD AMPHORAM (ANFORAM *A*) *ABτ* PARANETICE AD AMPHORAM *Fγλ* 1 mallio *B Diomedes sch.γpr. Porph. ad ep.* 13, 6 manlio *Ac. Acr. sch.γ corr. Pph. et sic huius consulis nomen scriptum est apud Ritschelium* (*priscae Latinitatis monum. epigraph.* XII F) *et apud Mommsenum* (*inscription. Latinitatis antiquiss. p.* 136 *et n.* 784) (mansilio *pro* manlio *sch.Fλ* alio *Porph. ad h. l. i. t.*) 2 querellas *π* quȩrellas *Porph.* querelas *cett.* quȩrelas *Acr.* siue] seu *τu* 4 sonnum *u* 5 q: fetum numine *Bentl.* numine *Bχ(p)y Bentl. Sivrius, opp. Ac. Acr. et sch.γ*(*interpr.* '*Nomine consule*') masicum *γ* Liberum *Peerlk.*

seruas, moueri digna bono die,
descende, Coruino iubente
promere languidiora uina.
non ille, quamquam Socraticis madet
sermonibus, te necleget horridus:
narratur et prisci Catonis
saepe mero caluisse uirtus.
tu lene tormentum ingenio admoues
plerumque duro; tu sapientium
curas et arcanum iocoso
consilium retegis Lyaeo;
tu spem reducis mentibus anxiis
uiresque et addis cornua pauperi,
post te neque iratos trementi
regum apices neque militum arma.
te Liber et si laeta aderit Venus
segnesque nodum soluere Gratiae
uiuaeque producent lucernae,
dum rediens fugat astra Phoebus.

TESTIMONIA.

11 sq. Victorinus 2607 17—20 Acron uolgatus ad c. I 18, 15 22 Seru. ad Aen. I 720 et mythographus III tract. 11, 2 ap. Mai auct. class. III 250

VARIA LECTIO.

uu. 6—8 *om. B* 6 S//////seruafs *π* *u.* 8 *om.* u_1 languiora *γ* 9 quanquam *ψ* 10 neglegit *Aχ*(β) *Acr. et sch.γ Pph. Porph. Bentl.* negligit *Bχ*(*n*) negleget *Fγ*λ_1?*πτς Ac. sch.F cons. sch. γλ* negliget *uχ*(*gv*) 12 Sepe *Aτ* incaluisse *Victorinus, Bentl. opp. Ac.* caluisse// *u* 13 admoues *Fτuχ Ac. Acr. et sch.γ Pph. Porph.* ammouis $A_1\lambda$ ammoues *B*A_2*y* amoues *γφp.ras.χ*(αβσn*s corr.*) *sch.γ loco tert.* 14 tu] te A_1 15 archanum *τψu* 16 regis u_1 reteg(i)es *π* lyeo *Bτ* lieo *u* 17 reducieis *τ* anxius *γτ* 19 Poste *ψpr.* Po ste π_1 nec *γτ* *uu.* 21—24 *del. Peerlk. et Prienius* 21 leta *τu* 22 *Segnes A* egnes *λpr.* Vrgues *λcorr.* (V *ex sequente uersu huc inrepsisse uideatur*) 24 fugit *τ* phebus *A* phebus *u*

XXII

Montium custos nemorumque, Virgo,
quae laborantis utero puellas
ter uocata audis adimisque leto,
  diua triformis,
imminens uillae tua pinus esto,
quam per exactos ego laetus annos
uerris oblicum meditantis ictum
  sanguine donem.

XXIII

Caelo supinas si tuleris manus
nascente luna, rustica Phidyle,
  si ture placaris et horna
    fruge Lares auidaque porca,
nec pestilentem sentiet Africum
fecunda uitis nec sterilem seges
  robiginem aut dulces alumni

TESTIMONIA.

III 22. 1 praem. 'septima decima ode' Diomed. 526 7 'obliquum meditantis ictum' schol. Stat. Theb. VIII 534

III 23. 1 praem. 'octaua decima ode' Diomed. 526 3 sq. 'et horna (orna mythographus) fruge' Seru. ad Aen. II 133 et mythographus

---

VARIA LECTIO.

III 22. AD DIANAM LVCIFERAM *ABλτ* HYMNVS IN DIANAM *F* HYMNVS IN DIANAM LVCIFERAM *γ* 2 Que *τ* laborantes *FτuA2* 3 audis *om. B* leto *AB* lᵒeto *ψ* loeto *γλπu* *uu.* 5—8 *om. B* 5 Inminens *uAc.* 6 l&us *ψu* 7 oblicum *Apr. Ac.* obliquom *F1χ(ϱ1)* obliquum *cett. Acorr.F2*

III 23. AD PHIDILEN (FIDYLEN *B*) RVSTICAM *ABτ* PROSEVTICE MONOCOLOS PHILLIDE (PHIDILE *corr. ψ*) *F* PROSPHONETICE MONOCOLOS AD PHIDILEN RVSTICAM *γ* PROSEVTICE MONOCOLOS FIDILE RVSTICĀ *λ* 1 Celo *τu* 2 phidyle *BV* [*omn. Bland.*] phidile *Aλ1G* phydile *γφ* phydilae *πψ* phillide *u* phi*d*ile *τ* 3 thure *u* 5 sentiat *τ* affricum *u* 6 st̄ilē ḡ seges *B* 7 Robiginem *A1V Ac.* [*'sic legunt Bland. cod.'*] Rubiginem *cett. A2 Acr. et sch.γ i. t. illa est forma antiquior* dulcis *B* alunni *u*

pomifero graue tempus anno.
nam quae niuali pascitur Algido
deuota quercus inter et ilices,
aut crescit Albanis in herbis
uictima, pontificum secures
ceruice tinguet: te nihil attinet
temptare multa caede bidentium
paruos coronantem marino
rore deos fragilique myrto.
immunis aram si tetigit manus,
non sumptuosa blandior hostia
molliuit auersos Penatis
farre pio et saliente mica.

TESTIMONIA.

III tract. 6, 32 ap. Mai auct. class. III 210   17—20 schol. Pers. 2, 75   17—19 Hildebert. philos. moral. p. 972   18—20 Seru. uolgatus ad Aen. V 745 (sed in eis mss., quos Thilo contulit, Hor. non laudatur)

VARIA LECTIO.

8 pomiferi . . . anni *Marklandus*   9 Namque *A_1Ba.corr.π*   niuale *upr.*   alcido *Fπcorr.χ*   10 ilices rł *B sed addidit u.* 11   *uu.*   12—20 *om. B*   12 securim *χ(δσgs1v)y(Pulmanni H etc.) Bentl.* securīᵴ *π* securum (*pro* securim) *u* secures *cett. Porph. sch.γ i.t.*   13 tinget *Aλ non G*   nichil *φu*   adtinet *Au_2* ȧte *u_1(sic)* at tinet *γ*   14 Temtare *$ψ_1$*   cede *πτu*   bidentum *χ*   16 mirto *Au*   *uu.*   17—20 *del. Peerlk.*   17 Inmunis *F Porph. Acr.*   19 Molliuit *γτ(A_1? lectio pristina euanuit)χ(αβ1σh)[1 Bland.] Bentl.* Mollibit *AFλuχ Seruius Dan. Hildebertus* Mollib̌it *π* *Prima lectio confirmatur conlato Statii loco simillimo silu.* I 3, 127 *sqq.* '*Qua nunc tibi pauper acerra digna litem? nec si uacuet Meuania ualles aut praestent niueos Clitumna noualia tauros, sufficiam: sed saepe deis hos inter honores caespes et exiguo placuerunt farra salino; cf. etiam Tibull.* IIII 1, 14 *sq. Paruaque caelestes placauit mica nec illis semper inaurato taurus cadit hostia cornu.*' *Formae mollibo exemplum non extat*   aduersos *$ψ_1$γ* auersos *cett.* [*Bland.*] *Ac. Acr. et sch.γ* (*interpr.* '*offensos*')   penates *Fγλτu*   20 salliente *γ*

XXIIII

Intactis opulentior
  thesauris Arabum et diuitis Indiae
caementis licet occupes
  * terrenum omne tuis et mare publicum:
si figit adamantinos
  summis uerticibus dira Necessitas
clauos, non animum metu,
  non mortis laqueis expedies caput.
campestres melius Scythae,
  quorum plaustra uagas rite trahunt domos,
uiuunt et rigidi Getae,
  immetata quibus iugera liberas
fruges et Cererem ferunt,
  nec cultura placet longior annua,

TESTIMONIA.

III 24. 1—8 Hildebert. moral. philos. p. 988 praeter: 'et mare publicum' et 'adamantinos' 1 praem. 'nona decima ode' Diomed. 526 9—11. 14. 12 sq. 24. 'de quarum laude gentium Horatium in lyricis suis ita meminit: campestres, inquit, Scythae melius uiuunt et rigidi Getae, quorum — domus, nec cultura — annua. dos est magna parentum uirtus; et peccare nefas, aut precium est mori' Adamus descript. insularum Aquilonis c. 18 (Pertz uol. VIIII)

VARIA LECTIO.

III 24. AD (*om. A*) DIVITES AVAROS *ABτ* LICET OMNIA FACIAS MORIVNDVM EST *Fλ*, *praemittit ψ*: ALIA ODE, *λ*: DIVITES AVAROS *Fλ* AD DIVITES AVAROS QVI LICET OMNIA FACIANT MORIENDV̄ EST *γ* 2 Tesauris *u* *uu.* 3—7 *del. Peerlk.* 3 Cementis *u* 4 terrenum *Lachmannus et hanc Porphyrionis et Acronis et sch. λφ lectionem fuisse interpretationibus eorum effici uidetur.* Tirrenum *Aψu* Tyrrenum *Bγλπφ* Thirrhenum *τ* marea pulicum *F* publicum *γπpr.τ* '*V*' [*et* 1 *al. Bland.*] *χ*(*gpσ2uar.*) *Ac.pr. Acr. sch.γ bis, item Porph. legisse putandus est..* apulicum *Fuπcorr.χ*(*αδμϱv*) punicum *y*(*ϱuar.σ2 Pulmanni H*) ponticum *ABλγuar.u uar.χ*(*βϑσ1hnvuar.*) [1 *Bland.*] *Ac. corr.* 5 si] sic *Bentl.* figet *Ac.* figit *A* figat *y opp. Pph.* 6 dura *Bentl.* saeua *Hildebertus* 7 Clauum *τ* animos *uχ opp. sch.γ i. t.* 8 capud *u* 9 Cāpestris *B* scithe *A* schytę *π* 10 domos rite trahunt uagas *y* uagos *τ* domus *Ac. Adamus cf. epod.* 5, 53 11 gete *τ* 12 Inme tata *F cf. c.* II 15, 15 Inmetata *γπu Ac.* Im̄otata *B* Immetata *Aλτ* 13 Frugis *λ*

defunctumque laboribus
  aequali recreat sorte uicarius.
illic matre carentibus
  priuignis mulier temperat innocens,
nec dotata regit uirum
  coniunx, nec nitido fidit adultero.
dos est magna parentium
  uirtus et metuens alterius uiri
certo foedere castitas,
  et peccare nefas aut pretium est mori.
o quisquis uolet impias
  caedes et rabiem tollere ciuicam,
si quaeret 'pater urbium'
  subscribi statuis, indomitam audeat
refrenare licentiam,
  clarus post genitis: quatenus, heu nefas,
uirtutem incolumem odimus,
  sublatam ex oculis quaerimus, inuidi.
quid tristes querimoniae,
  si non supplicio culpa reciditur?

TESTIMONIA.

26 cf. Flor. II 9, 5: 'ultimo non ciuicam modo, sed hostilem prope rabiem supergressum' 31 sq. sch. γ epist. II 1, 11

VARIA LECTIO.

19 dodata *τ* *hic in u monachus quidam haec adscripsit: 'qui credit hoc quod inuenitur in hoc libro, excommunicatus sit et ana(thematizatus)'* 20 Coniux *πpr.ψ* 21 parentum *Aλτu Adamus* 23 fędere *A* federe *u* 24 pretium emori *y opp.sch.γi.t.* precium *τψ* p̄cium *λ* est *om.* $\chi(\mu)y$ *non Pph. Acr. et sch.γ* 25 *'Non recte a superiore ode haec separata sunt, cum inde pendeant et illis adnexa sint' Porph.* quisq; *γ* quis quis *Fλ Bentl. non Acr. Pph.* inpias *λ* 26 Cedes *Aλ* et] aut $F\pi\chi(\delta\mu pv)y$ *non G* 27 quaeret *Bγχ Pph.* queret $A\lambda\tau u_2\chi(g)$ quęrit $\varphi\psi_2\chi(\delta p_1)$ querit $\pi\psi_1 u_1\chi(\mu\varrho s_1 v)$ 28 statuis] stati us A_1 *uu.* 30—64 *om. B* 30 Carus *y opp. Acr. et sch.γ* postgenitis *editores plerique* quatinus $\chi(gns_1)$ *non sch.γ Pph.* 31 incolumen *ψ* incolomem *sch.γ epist.* 32 occulis *ψa.ras.* querimus *γu* 33 quaerimoniae $A\gamma\lambda\psi_1$ *Acr.* queremoniae $\varphi\psi_2$ 34 supplitio *γψ* suplitio *u*

quid leges sine moribus
uanae proficiunt, si neque feruidis
pars inclusa caloribus
mundi nec Boreae finitimum latus
durataeque solo niues
mercatorem abigunt, horrida callidi
uincunt aequora nauitae,
magnum pauperies opprobrium iubet
quiduis et facere et pati,
uirtutisque uiam deserit arduae?
uel nos in Capitolium,
quo clamor uocat et turba fauentium,
uel nos in mare proximum
gemmas et lapides aurum et inutile,
summi materiem mali,
mittamus, scelerum si bene paenitet.
eradenda cupidinis
praui sunt elementa, et tenerae nimis
mentes asperioribus
formandae studiis. nescit equo rudis
haerere ingenuus puer
uenarique timet, ludere doctior,

TESTIMONIA.

42 sq. 'magnum pauperics opprobrium iubet quiduis (om. Vincent.) et (om. Hildeb.) facere et pati' Vincent. Bellou. VII 70 Hildebert. moral. philos. p. 990 50—54 'scelerum — studiis' Hildebert. moral. philos. p. 971

VARIA LECTIO.

36 Vane *γ* profitiunt *F* 37 c$\overset{a}{o}$loribus *ψ* ~~laboribus~~ *caloribus u* 39 Durata eque *λ* solo] gelu *Bentl.* 41 nautae *u* 42 pauperis *γ* obprobrium *Ω* iubet] pati *upr.* 44 Virtusque *γpr.* deserere *Bentl.* 47 proximum] publicum *ω* 48 aurum inutile *u*ı 49 materiā *uχ(p)* matheriam *ψ* materię *Ac.* 50 pęnitet *φ* penitet *Aγλπu* poenitet *τψ* 52 Praua *Fπcorr.χ(ϱp)* Prauae *uχ(s)* elementa] fomenta *π* temerae *γ* 54 Formande *γ* aequo *Aψ* 55 Herere *τu* 56 d$\overset{o}{i}$tior *π*

seu Graeco iubeas trocho
  seu malis uetita legibus alea,
cum periura patris fides
  consortem socium fallat et hospites,
indignoque pecuniam
  heredi properet. scilicet improbae
crescunt diuitiae: tamen
  curtae nescio quid semper abest rei.

XXV

Quo me, Bacche, rapis tui
  plenum? quae nemora aut quos agor in specus
uelox mente noua? quibus
  antris egregii Caesaris audiar
aeternum meditans decus
  stellis inserere et consilio Iouis?
dicam insigne, recens, adhuc
  indictum ore alio. non secus in iugis
exsomnis stupet Euhias,

TESTIMONIA.

III 25. 1 sq. 'Hor. carminum libro III: quo — specus' Prisc. VI 75 1 praem. 'vicesima ode' Diomed. 526 2 'quae — specus' Seru. ad Aen. VII 568

VARIA LECTIO.

57 greco *AFγλτu* trhoco *u* 59 per iura *AF* peiura *τ* 60 sotium *γψ* fallet *Acr. et sch.γ i.t. opp. Pph.* hospitem *Fλπuχ(ϑμϱ hpsv)Pph.Porph.i.t. sch.λφ* hospites *AγτG'V'[Bland.]χ Acr. et sch.γ i. t. Bentl.* 62 Haeredi *F* improbe *AF* inprobę *γ*

III 25. YMNVS AD LIBERVM PATREM *ABτ*, *A add.* SCRIBIT METRO EODEM, *B add.* VT SVPRA LIBERVM PATREM INVOCAT. LAVDES (LAVDIS *φ*) CAESARIS (CESARIS *γ*) DICTVRVS *Fγλ* *totum carmen del. Gruppeus* 1 bache *τ* 2 quae in nemora *yω* que nemora *τ* aut] et *Priscianus y(Pulmanni A)ω* aut *Ω'V'[omn. Bland.] Ac. Pph. uu.* 3 uelox — 8 alio *del. Peerlk.* 4 ægregii *π* cesaris *Aγτu* 6 concilio *Fπu Bentl.* [consilio *omn. Bland.*] *uu.* 8. 9 *om. B uu.* 8 non secus — 14 libet *del. Schwenckius mus. Rhen.* XV 247 8 Indictummore *ψ* 9 Exsonnis *u* Exomni^s *π* Edonis *Bentl. opp. Ac. Acr.*

Hebrum prospiciens et niue candidam
Thracen ac pede barbaro
  lustratam Rhodopen, ut mihi deuio
ripas et uacuum nemus
  mirari libet. o Naiadum potens
Baccharumque ualentium
  proceras manibus uertere fraxinos,
nil paruom aut humili modo,
  nil mortale loquar. dulce periculum est,
o Lenaee, sequi deum
  cingentem uiridi tempora pampino.

XXVI

Vixi puellis nuper idoneus
et militaui non sine gloria:
  nunc arma defunctumque bello
    barbiton hic paries habebit,
laeuom marinae qui Veneris latus
custodit. hic hic ponite lucida

TESTIMONIA.

III 26. 1 praem. 'vicesima prima ode' Diomed. 526 hanc oden praetermisit expositionis metricae auctor

---

VARIA LECTIO.

et sch.γ sch.λφ Burmann. ad anthol. Lat. I *p.* 170 euchias *Fπ a.ras.* heuhias *Aλ* 10 Haebrū̄ *π* *uu.* 11 ac — 17 modo *del. Peerlk.* 11 Tracem *F* Trachen *u* 12 rodopen *u* ut *Ω Ac.* ac *y Bentl.* quam *Pph.* michi *φ* 13 Ripis *γ* Rupes *χ(δ)* riuos *Bentl.* 14 naidum *Á₁Bγλτχ* 15 Bacharum *Aπ* 16 fraxinus *FπχPph.* fraxinos *cett. Ac. cf. C. L. Schneideri gramm. Lat.* II 471 *sq.* 17 Nihil *Fπ* paruum *Ω* humile *Aγπτ* (*al* humili *sch.γ*) humilē *B* 18 Nihil *F Ac. Pph.* loquor *π₁* est *om. Fχ(ρ₁)*; *in γ* ÷ *alt. atram. uidetur scriptum esse* 19 Te, Lenaee, sequi ducem *Bentl.* lenee *ABFλu* lęnee *γτ* 20 Cingnentē *τ* timpora *τλ₂* tympora *A₂*

III 26. AD VENEREM (VEREM *A*) TETRACOLOS *ABτ* AD VENEREM (TETRACOLOS *add. λ*) LOQVITVR QVOD NEQVE AMARE NEQVE SCRIBERE POSSIT (POSSET *F*) *Fγλ*, *add. F:* PROPTER AETATEM 1 puellis] duellis *Frankeus* *uu.* 5—8 *del. Peerlk. et Schwenckius* 5 Leuum *γτu* Laeuum *cett.*

funalia et uectes et * ascias
oppositis foribus minacis.
o quae beatam diua tenes Cyprum et
Memphin carentem Sithonia niue,
regina, sublimi flagello
tange Chloen semel arrogantem.

XXVII

Impios parrae recinentis omen
ducat et praegnas canis aut ab agro
raua decurrens lupa Lanuuino
fetaque uolpes;
rumpit et serpens iter institutum,
si per oblicum similis sagittae
terruit mannos: ego cui timebo

TESTIMONIA.

III 27. 1 praem. 'uicesima secunda ode' Diomed. 526

VARIA LECTIO.

7 uestes *πpr.* et ascias] et arcus *Ω Pph. Ac. Acr. et sch.γλφ* securesque *Bentl. de nostra quam recepimus coniectura uide sis mus. Rhen.* 1863, 279 *sq.* 8 minacis *Pph.* minaces *Ω* 9 quae] quam *τ* tenes] regis *πuχ*(*σs*)[1 *Bland.*] tenes *cett. πuar. Ac.* ciprum *u* 10 Memfin *ABF* Memphim *γ* Memphym *τ* Menphin *u* Menphyn *π* Menfin *λ* sithononia *B* sythonia *τ* 12 cloen *Bu*

III 27. AD GALATEAM (GALATHEAM *Aτ*) YPOTHETICE *ABτ* PROSPHONETICE AD GALATEAM (GALATHEAM $\lambda\psi_2$) SVI NON ESSE MEMOREM *Fλ* (*sim. π*) PROSPHONETICE AD GALATHIĀ SVI N̄ ESSE INMEMOREM *γ* (*simillime u*) 1 parre A_1 2 praegnas *B* pregnas (n *supra*) *A* p̄gnans *λ* pregnans *cett.* 3 lanibino *y* Laniuino *Fea* 4 Feta *Bφπ p.r. et πuar.* Fęta *Au* Foeta *γλτ* · Pesta *ψcorr.χ*($p_1\sigma$*uar.*, *in ψ gloss. interlin.:* pestilens) [Pęsta 1 *Bland.*] Festa *πa.r.* Ferta *y* [1 *Bland.*] uolpes A_1*Fπ sch.φ* uulpes A_2*cett.* *uu.* 5—12 *del. Peerlk.* 5 Rumpit *Fπχ*(ϱ_1)*y Ac. Acr. Pph. Bentl.* Rumpat *cett. sch.γ bis* 6 obliquum *BFπτu* obliqum *χ*(*μϱ*) 7 cui A_1*BFγ* '*V*' *πuar.χ*(*δμϱgp*) *Ac.pr.* cur *τ Ac. corr. ead. m.* ('Ego cur timebo] *h. e. desertus ab amica' Acr. et sch.γ*) quid *λπ*A_2*uχ*(*αβϑσhnsv V uar.*) [''*V' habet* cui, *cum litura, et supra notatum, alias* quid. *alius habet* cur. *tertius cum reliquis omnibus habet* quid']

prouidus auspex,
antequam stantis repetat paludes
imbrium diuina auis imminentum,
oscinem coruom prece suscitabo
solis ab ortu.
sis licet felix ubicumque mauis,
et memor nostri, Galatea, uiuas,
teque nec laeuos uetet ire picus
nec uaga cornix.
sed uides quanto trepidet tumultu
pronus Orion. ego quid sit ater
Hadriae noui sinus et quid albus
peccet Iapyx.
hostium uxores puerique caecos
sentiant motus orientis Austri et
aequoris nigri fremitum et trementis
uerbere ripas.
sic et Europe niueum doloso
credidit tauro latus et scatentem

TESTIMONIA.

11 sq. cf. Apollin. Sid. ep. II 2 'oscines coruos uoce triplicata puniceam surgentis aurorae facem consalutantes' 20 cf. 'apud mensam Fauorini in conuiuio familiari legi solitum erat aut uetus carmen melici poetae aut historia partim Graecae linguae alias Latinae. legebatur ergo ibi tunc in carmine Latino I a p y x uentus quaesitumque est, quis hic uentus . . . et quae tam infrequentis uocabuli ratio esset' Gellius II 22, 1 sq. 25—28 'Hor. participii praesentis accusatiuum in III lib. carmin. refert: sic — scatentem — audax' Eutych. 2185

VARIA LECTIO.

9 stantes *Fγπτu* 10 inminentum *π Porph. Acr.* imminentum *Fγτu* imminentium *ABλ* 11 Oscinen *Aλ Ac. opp. Porph.* coruum *Ω* 14 galathea *γλτu* 15 leuos *B* leuus *γτu* leuis *πχ(v)* levis *Ac. opp. Acr.* laeuus *cett.* petet *B* uetat *y Bentl.* 17 quantum *Pph.* trepidat *χ(σ) opp. Ac. sch. y Pph.* 20 iapix *Aγπτφu* *uu.* 21—24 *del. Peerlk. et Linkerus* 21 *pueriq. π* cecos *λu* 22 Sentient *B* orientis astri *τ opp. sch. y* [*et omn. Bland.*] or: haedi *Muretus* ['orientis Austri. *sic habent omnes et scripti et uulgati libri quos uidi' Cr.*] 23 trementes *Fπu* gementes *Bentl.* 24 Verberae *φ* 25 europe *B* niueum] nimium *χ(n)* dolose *πuar.* 26 et] at *Bentl.*

beluis pontum mediasque fraudes
    palluit audax.
nuper in pratis studiosa florum et
debitae Nymphis opifex coronae
nocte sublustri nihil astra praeter
    uidit et undas.
quae simul centum tetigit potentem
oppidis Creten, 'pater, o relictum
filiae nomen pietasque' dixit
    'uicta furore!
unde quo ueni? leuis una mors est
uirginum culpae. uigilansne ploro
turpe commissum, an uitiis carentem
    ludit imago
uana, quae porta fugiens eburna
somnium ducit? meliusne fluctus
ire per longos fuit, an recentis
    carpere flores?
si quis infamem mihi nunc iuuencum
dedat iratae, lacerare ferro et
frangere enitar modo multum amati
    cornua monstri.

TESTIMONIA.

29 'nuper — florum' Cledonius 1923   31 sq. sch. Verg. Aen. VIIII 373

VARIA LECTIO.

29 studiossa *λa.ras. cf. Ouid. rem. am.* 746 luxuriossus *Hor. c.* II 1, 6 periculossus *Vergil. georg.* I 244 sinuossus *Petron. sat.* 38 successus 57 dignitossus *et similia*   30 nyphis *φ* nimphis *Byu*   31 nichil *γu* preter *AFλ*   *uu.* 33—76 *del. Peerlk.*   33 Que *τ* tetitigit *u*   34 cretem λ_1 cretam *uχ*   o pater *y*   pater o rel:] pater relictum *A* ā p̄r ore lectū *B*   35 Filie $A_1\lambda_1$ pi&as *π*   38 uirginis *μuar., idem coni. Marklandus opp. Ac. Pph.*   culpe $A_1\lambda$ *Ac.* culpa *Fπ Pph.* culpas *B* culpae *γτu*A_2 *Acr. et sch.γ itemque legisse uidetur Porph.*   39 comissum *ψ* conmissum *u*   an] aut *χ(s) Ac. opp. Acr. et sch.γi.t.*   uiciis *λτ* uitio *Bentl.*   41 Vanaq, porta *B*   quae] quam *Sanadonus*   42 Sonnium *u*   43 an] aut *χ(σ)*   recentes *BFλπu*   46 et *om.*$\psi_1 u_1$ *χω*   48 monstri *ABλπu Vχ(αδϑμσgvsuar.)* tauri *FγτGπuar.χ(βϱhnps)* ['*Bland. omnes habent* monstri, *cum adnotatione alias* tauri'] *lectionem*

impudens liqui patrios Penates,
impudens Orcum moror. o deorum
si quis haec audis, utinam inter errem
    nuda leones!
antequam turpis macies decentis
occupet malas, teneraeque sucus
defluat praedae, speciosa quaero
    pascere tigres.
"uilis Europe" pater urget absens
"quid mori cessas? potes hac ab orno
pendulum zona bene te secuta
    laedere collum.
siue te rupes et acuta leto
saxa delectant, age te procellae
crede ueloci, nisi erile mauis
    carpere pensum
regius sanguis, dominaeque tradi
barbarae paelex." aderat querenti
perfidum ridens Venus et remisso
    filius arcu.
mox, ubi lusit satis, 'apstineto'

TESTIMONIA.

69 sq. 'Hor. carm. III: mox — rixae' Prisc. XVIII 192 'Hor. carm. libro III: mox — irarum' Prisc. VIII 9

VARIA LECTIO.

'cornua tauri' *natam arbitror ex u.* 72 'cornua taurus' 49 Inpudens *πu* pennates *γ* 50 Inpudens *πφu* orchum *ψu* ortum *γ* 51 hec *A1* 53 turpes *π1* maties *u* decentes *AFγλπτu* 54 succus *λψu* 55 Defluet *γpr.τ* Defluit *A1Bλ opp. sch.γ* prede *u* spetiosa *A* quero *γu* *uu.* 56 — IIII 4, 5 *desunt in τ* 56 tygris *πpr.* tygres *πcorr.* tigres *cett.* 57 Vilis Europae pater *ω* uiuis Europe? *nescio quis* europae *ABγλ 'V'[omn. Bland.] Pph.* europe *FπuG Porph. Acr. et sch.γ* urguet *χ non Pph.* 58 hac] hoc *u* 60 Ledere *Aγλu* Elidere *γω Muret. Bentl. Hauptius Meinekius Linkerus* 61 t̄ rupes *B* laeto *Aγ* loeto *Fλπu* 63 herile *AFγλπ* 66 pelex *λπu Ac.* pelęx *γ* adherat *F* quęrenti *A* 67 uenus *om. φ* et uenusto, *superscr. ead. m.* remisso *B* 68 archu *ψ* 69 luxit *B1λ1* lesit *upr.* risit *Ac. pr.* lusit *Pph. Ac.corr.* abstineto *Ω* abstinebis *Meinekius*

dixit 'irarum calidaeque rixae,
cum tibi inuisus laceranda reddet
  cornua taurus.
uxor inuicti Iouis esse nescis?
mitte singultus, bene ferre magnam
disce fortunam: tua sectus orbis
  nomina ducet.'

XXVIII

Festo quid potius die
  Neptuni faciam? prome reconditum,
Lyde, strenua Caecubum,
  munitaeque adhibe uim sapientiae.
inclinare meridiem
  sentis, ac ueluti stet uolucris dies
parcis deripere horreo
  cessantem Bibuli consulis amphoram?
nos cantabimus inuicem
  Neptunum et uiridis Nereidum comas:
tu curua recines lyra
  Latonam et celeris spicula Cynthiae;

TESTIMONIA.

III 28. 1 praem. 'uicesima tertia ode' Diomed. 526

VARIA LECTIO.

70 callidae *B*   71 iam tibi iniussus *Bentl.* Cum tibi uissus *u* Cum tibi uisus *Fλπχ(ϱhp)* Cum tibi inuisus *AByAc. Acr. sch.γ bis* reddit *ABλ*   75 setus *ψ*   76 ducit *Pph. opp. Acr. et sch.γ*

III 28. AD (DE *B*) LYDEN (LIDEN *A* LVDIEN *γ*) PARAENETICE (PARANETICE *Aγ*) DE NEPTVNALIBVS *ABγ* SYLLOGISTICE LYDAE (LYDIE *λ*) *Fλ*   2 Neptūi *π1* Neptuni *π2*   facias *Bentl.*   3 Lidę *Aγ* Lide *πu* cecubum *Aγu*   6 ac *Fγπuς Ac.* et *ABGλχ(ϑg)* [2 *Bland.*] stat *Ac.* ste *π*   7 diripere *λπpr.uχ(αϑh)*   deripere *cett. G'V'* [*omn: Bland.*]   8 consǒlis *λ*   9 inuicem *ABγλ1χ(βδgn) Ac.* inuices *Fπuλ2ς(αϑμϱσhpsv)sch.λφ*   10 uirides *Fγuπcorr.* comas] choros *y*   11 tú] tum *Lachmannus* recinens *γ* recynes *π*   lira *u*   12 spycula *π*   cinthiae *Aγλφu* cinthyae *π*

summo carmine, quae Gnidon
  fulgentisque tenet Cycladas et Paphum
iunctis uisit oloribus
  dicetur, merita Nox quoque nenia.

XXVIIII

Tyrrhena regum progenies, tibi
non ante uerso lene merum cado
  cum flore, Maecenas, rosarum et
    pressa tuis balanus capillis
iam dudum apud me est: eripe te morae,
ne semper udum Tibur et Aesulae
  decliue contempleris aruom et
    Telegoni iuga parricidae.
fastidiosam desere copiam et

TESTIMONIA.

16 'merita—nenia' sch.γ et Acron volgatus ad epist. I 1, 63

III 29. 1 sch. Pers. 3, 28 praem. 'vicesima quarta ode' Diomed. 526 3 sq. 'et — capillis' Isidor. orig. IIII 12 4 schol. Pers. 4, 37

VARIA LECTIO.

13 cnidon *BFπχ(μϱσ1* cini: *p) Pph.* chnidon *γ1χ(h)* guidon *Aλuγ2 χ(αβδσ2gnsv* gny: *ϑ) Ac.* 14 Fulgentes *uπcorr.ψ2* cicladas *u* paphon *Fπ2χ(ϱgp)* 15 holoribus *π*

III 29. AD MAECENATEM PARAENETICE *B* AD MECENATEM PARAETICE *A* PROSPHONETICE (PROSPHENETICE *λ*) MECENATI *Fλ* PROSPHONETICE PARANETICE MECENATI *γ* 1 Tyrrena *ABλπ Diomed.* Tirrena *u* 2 uerso *Fπuλuar.ς(βδϑμϱσghnpsv) Ac. sch.γ alt. l. in interpret.* (*'i. e. inclinato ad proferendum uinum'*) *cons. Pph.* uersum *ABγλχ(α) sch.γ alt. l. i. t.* len, = leni *B* 3 flore°mecenas *A*, o *superscr. alt. m.* mecenas *AFλu* 3. 4 rosarum | Et pressa *Fu* 5 more *A1λ* 6 Ne *Fγλπς Pph.* Nec *ABχ(αgs a. ras.)* Non *uχ(ϑσ1)* hic *Lachmannus* ut *Hardingeus Estreus Peerlk. opp. Acr. et sch.γ Porph., et uide sis mus. Rh.* 1863, 280 efulę *πu* aefulae *cett. Porph.* effulę *Ac.* 7 Decliuę *Aγ* aruom *Ac.* aruum *Ω* 8 iura *A1B Ac. corr. opp. Acr. et sch.γ* *uu.* 9—12 *del. Peerlk. sed eos imitatus est Licentius carm. ad August.* 71—73 *'Et nunc Romulidum sedes et inania tecti culmina bacchatasque domus uanosque tumultus desererem'*

molem propinquam nubibus arduis;
omitte mirari beatae
fumum et opes strepitumque Romae.
plerumque gratae diuitibus uices
mundaeque paruo sub Lare pauperum
cenae sine aulaeis et ostro
sollicitam explicuere frontem.
iam clarus occultum Andromedae pater
ostendit ignem, iam Procyon furit
et stella uesani Leonis,
sole dies referente siccos;
iam pastor umbras cum grege languido
riuomque fessus quaerit et horridi
dumeta Siluani caretque
ripa uagis taciturna uentis.
tu ciuitatem quis deceat status
curas et urbi sollicitus times
quid Seres et regnata Cyro
Bactra parent Tanaisque discors.
prudens futuri temporis exitum
caliginosa nocte premit deus
ridetque, si mortalis ultra
fas trepidat. quod adest memento

TESTIMONIA.

29—33 'prudens — aequius (sic)' Hildebert. moral. philos. p. 990
29—32 'prudens deus futturi temporis exitum caliginosa nocte p̄mit ridetque si mortalis ultra fas est trepidat' florileg. Paris. 8069

VARIA LECTIO.

10 propinguam *A*1 arduis] acris *u*1 11 beate *φ* 15 Caenae *BFγπ* auleis *Ω* 16 expcuere *B* 17 occultum *om. u* andromede *π* andromede *u* 18 procion *πψ* prochion *γu* fuit *ψ*1 19 uesani *φ* 21 *nouum carmen incipit y* (*Monacensis* 5 *Kirchn. nou. quaest. p.* 52)

langido *B* langido *ψ* 22 Riuum *Ω* querit *u* horrida *uχ*(*qv*) *opp. Acr.* orridi *γ Ac.* 27 ciro *Au* 28 tenais *λ*1 dissors *Bentl.*

30 caliginosum nocte cocca premit *Hildebert.* Caliginos ad *B* praemit *ψ* 31 mortales *u* 32 trepidant *u* trepidet *Pph. G μ uar. opp. sch. γ florileg. Paris.* adest] est *λ*

componere aequos: cetera fluminis
ritu feruntur, nunc medio alueo
cum pace delabentis Etruscum
in mare, nunc lapides adesos
stirpisque raptas et pecus et domos
uoluentis una, non sine montium
clamore uicinaeque siluae,
cum fera diluuies quietos
inritat amnes. ille potens sui
laetusque deget, cui licet in diem
dixisse 'uixi: cras uel atra
nube polum Pater occupato,
uel sole puro; non tamen irritum,
quodcumque retro est, efficiet neque
diffinget infectumque reddet
quod fugiens semel hora uexit.'
Fortuna saeuo laeta negotio et
ludum insolentem ludere pertinax

TESTIMONIA.

33 sq. cf. Senec. epist. 23 'ceteri eorum more, quae fluminibus innatant, non eunt sed feruntur: ex quibus alia lenior unda detinuit ac mollius uexit, alia uehementior rapuit, alia proxime ripam cursu languescente deposuit, alia torrens impetus eiecit in mare' 37 Seru. ad Aen. III 94. VII 99. XII 208 'stirpesque raptos' Cledonius 1895 41—45 'ille—puro' Hildebert. moral. philos. p. 990 49 cf. Boet. consol. philos. 2, 2 ubi Fortunam facit dicentem: 'hunc continuum ludum ludimus' 49—56 Hildebert. moral. philos. p. 992

VARIA LECTIO.

33 Conponere *u* equos *π* equos *Pph.* equus *γ* aequus *cett.* caetera *γλπψ* 34 Ritu referuntur *Aλ*ι alueo *Aγλχ(βϑσghn) Pph. Ac. sch.γ* albeo *B* aequore *Fuχ(αδsιv)* equore *πχ(μϱp)* 35 dilabentis *y* delabentis *λ* 36 adaesos *BF* adhesos *π* 37 Stirpis *πχ(α)* Styrpes *F* Stirpes *cett.* raptos *Cledonius uitiose* domus *Seruius D. ad Aen.* III 94 39 Clamare *A*ι 40 diluies *γ* 41 Iritat *B* Inritat *Ac. Acr.* Irritat *cett.* annes *u* 42 Letus *π* degit *χ(ϑh) Hildebertus opp. Acr. et sch.γ* cuilicet *u* (scilicet *u*ι?) 44 potum patet occupatum *Hildeb.* polum o pater *F* 45 inritum *Ac. Pph.* 47 Difinget *ψ* Diffringet *π* Definget *y non G Ac.* infectumue *Meinekius* 48 ora *AB* 49 leta seua *u* seuo *λ* 49. 50 negotio | Et ludum *Fuχ*

transmutat incertos honores,
nunc mihi nunc alii benigna.
laudo manentem: si celeris quatit
pinnas, resigno quae dedit et mea
uirtute me inuoluo probamque
pauperiem sine dote quaero.
non est meum, si mugiat Africis
malus procellis, ad miseras preces
decurrere et uotis pacisci,
ne Cypriae Tyriaeque merces
addant auaro diuitias mari.
tum me biremis praesidio scaphae
tutum per Aegaeos tumultus
aura feret geminusque Pollux.

XXX

Exegi monumentum aere perennius
regalique situ pyramidum altius,
quod non imber edax, non Aquilo impotens

TESTIMONIA.

61 schol. Stat. Theb. I 339
III 30. 1 Terentianus 2443 praem. 'vicesima quinta ode' Diomed. 526

VARIA LECTIO.

52 michi *φ* alio *χ*(*σ*1) 53 celeris *γψpr.* celeres *cett.* 54 Pennas *π*A_2 *Pennas u* 55 inuoluto *γ* 56 quero *γ*1*u* 57 africis *Fπχ*(*βμϱnv*) $A_2\lambda_2$ *Pph.* affricis *uχ*(*σhscorr.*) africus A_1*Bγ*λ_1 58 Maius *B* præces *A u.* 60 *om. πpr.* Nec *λa.corr.χ Pph.* ciprię *Au* tyrieę *π*(*in marg.*) syriae *χ*(*h* syrie *α*1*β*1)*Pph.* sirię *uχ*(*s*1) merges *B* 62 Tunc *ABγ*λ_1*π Porph. sch.F i.t.* Tum *Fuγuar.χ*(*αϑμϱσnpv*) (*sch.F:* TVM *pro* tunc) presidio *γ* 63 aegeos *ABγπ* egeos *λu* 64 ferat *χ*(*s*)*y Bentl.opp. Pph.sch.γ* polux*γ*.

III 30. AD MELPHOMENEM (MELPHOMENẼ *Bλ*) MVSĀ *ABλ*, *add. λ:* DICIT APOTELESTICE SCRIPTIS SEMPER VICTV:::: *λ* DICIT SE APOTELESTICE SCRIPTIS SEMPER VICTVRVM *F* AD MELPOMENẼ MVSÃ *γ* 1 monumentum *ABλ*1*uς Porph. sch.λφ i.t. Diomedes expos. metr. Terentianus* monimentum *Fγπ*λ_2*χ*(*μϱp*) perhennius *ψu* *u.* 2 *del. Gruppeus Prienius alii* piramidum *Au* 3 aquilo] aliquo *γ* inpotens *Fλ Ac.* impotes *B*

possit diruere aut innumerabilis
annorum series et fuga temporum.
non omnis moriar, multaque pars mei
uitabit Libitinam: usque ego postera
crescam laude recens, dum Capitolium
scandet cum tacita uirgine pontifex.
dicar, qua uiolens obstrepit Aufidus
et qua pauper aquae Daunus agrestium
regnauit populorum, ex humili potens
princeps Aeolium carmen ad Italos
deduxisse modos. sume superbiam
quaesitam meritis et mihi Delphica
lauro cinge uolens, Melpomene, comam.

TESTIMONIA.

10 sq. 'Hor. ait: et — regnauit populorum pro agrestibus populis' Seru. ad Aen. XI 126 'agrestium — populorum' Seru. ad Aen. XI 280 13 sq. 'Aeolium — modos' Porphyrionis uita Horati sub fin.

VARIA LECTIO.

4 Possunt *χ* 7 Vitauit *A1B* libithinam *uφ2ψ2* 9 Scandit *πpr.* 10 uolens *A1* *uu.* 11. 12 *del. Peerlk.* 11 aq.˙. *B* danus *π* 12 Regnauit *A1BFyλ1'V' χ Porph. sch.y i.t. Seruius* Regnator *πuGA2yuar.λ2ς* (*αβδϑμσghnsv*) ['Regnauit . . . '*V*' *sine ulla litura . . . sed duo alii Bland. per lituram*'] 13 eolium *yu* 14 *sq.* sume — et *del. Linkerus*, *inserto* '*tu*' *ante uocem* mihi 15 Quesitam *y* delfica *AByλ Porph.* delphia *y* 16 Lauro // cinge *ψ* melphomene *A2B* melfomene *λ* melphone *A1*

Q. HORATII FLACCI CARMINV̄ LIBER ·III· EXPLICIT. EROTICE. AMATORIE. PRAGMATICE (PRACMA: *λ*) CAVSATIVE HYPOTETICE (HIPPOT: *A*) PERSONALITER (P̶SONALIT *λ*) PARANETICE INTERPOSITIVE. PROSPHONETICE (PROSIION: *λ*) EXCLAMATORIE P̶SEVTICE. DEP̄CATORIE PEAN (PEEN *A*). P̶SEVTICE. LAVDATIVA. ET DEPRECATORIA (DEP̄CA: *λ*). MONOCOLOS EST QVOTIENS ODE VNO METRO SINE ALTERIVS AMIXTIONE Ē (*om. λ*). DICOLOS (DIDOSCOLOS *A*) EST IN (*sic*) ODE QVE (Q. *λ*) DVOBVS METRIS SCRIPTA EST. TETRACOLOS IN QVA POST (PER *λ*) DVOS AVT TRES VERSVS ALIA INCHOANTVR METRA. INCIPIT LIB̄ ·IIII· *Aλ* (*eadem fere leguntur in σ ante c.* I 1) EXPLI. CARMINV̄ LIb TERTIVS. INCIP̄ LIb ·IIII· *B* CARMINVM LIBER ·III· EXPLIC̄. INCIP̄ ·IIII· (QVARTVS *φ*) FELICITER (*om. γ*) *Fγ*

Q. HORATI FLACCI

CARMINVM

LIBER QVARTVS

I

Intermissa, Venus, diu
  rursus bella moues? parce precor, precor.
non sum qualis eram bonae
  sub regno Cinarae. desine, dulcium
mater saeua Cupidinum,
  circa lustra decem flectere mollibus
iam durum imperiis; abi
  quo blandae iuuenum te reuocant preces.
tempestiuius in domum

TESTIMONIA.

IIII 1. 1 Fortunatianus 2675 Victorinus 2597. 2598 praem. 'liber quartus. prima ode' Diomed. 526 4 'hanc (sc. Cinaram) se amasse in tertio carminum dixit' schol. *γ* epist. I 7, 28

VARIA LECTIO.

IIII 1. ALLEGORICOS A (*om. λ*) SE (*om. λ*) AFFIRMAT (AFIRMAT *A*) EX INTERMISSO SCRIBI CARMINA. AD VENEREM. EVTICE EROTICE DICOLOS (DICOPOS *B*) *ABλ item γ, sed praeposito* AD FABIVM MAXIMVM. AD FABIVM MAXIMVM *F* 1 Intermisa *γ* 2 pręcor p̄cor *A* precor *p̄cor ψ* p̄cor ///// *φ* precor *B* 4 cinerę *γ* cynirę *F* cunayrę *πa.r.* cinyrę *p.r.* 5 seua $A\lambda_1\pi u_1$ 6 ·X· *B* 7 dudum $\psi_2\chi(\alpha_1\sigma_1 h_1 s_1)$ albi A_1 8 blande A_1 euocant *F* 9 Tempest$\overset{\text{v}}{\text{i}}$us *B* domum $F\pi u G\lambda_2\chi(\alpha\vartheta\mu\varrho npsv)$ *Pph.* domo $AB\gamma\lambda_1$ *Ac.* (Cōmisis habere] *delectabere* (*om. sch.γ*) *conuiuando Acr. et sch.γ*) *cf. Plaut. mostell. u.* 335 *R. domum comiss. Theocr.* 3, 1: *κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα*

Pauli purpureis ales oloribus
commissabere Maximi,
si torrere iecur quaeris idoneum:
namque et nobilis et decens
et pro sollicitis non tacitus reis
et centum puer artium
late signa feret militiae tuae,
et quandoque potentior
largi muneribus riserit aemuli,
Albanos prope te lacus
ponet marmoream sub trabe citrea.
illic plurima naribus
duces tura, lyraeque et Berecyntiae
delectabere tibiae
mixtis carminibus non sine fistula;
illic bis pueri die
numen cum teneris uirginibus tuum
laudantes pede candido

TESTIMONIA.

10 'purpureis — oloribus' Seru. ad Aen. I 591

VARIA LECTIO.

10 porphyreis *y* [*codd. Bland.* (?)] *cf. mus. Rhen.* 1863, 281 *sq.* odoribus A_1, *alt. m. corr.* 11 Comissabere λ_1 *ut uid.* *V* [3 *Bland.*] χ(*δh*) *comm.* Comisabere *B* Comis habere A_1 *ut uid.* (*pristina lectione partim erasa exhibet* comes//s//abere *A*) Cōmisis habere *Ac.* Cōmissabere χ(*g*) Comessabere A_2χ(*αsvuar.*) Commessabere *γG*χ(*βσn*) Comitabere *Fπ*λ_2χ(*ϱp*) Commutabere *u*χ(*ϑv*) *cf. C. L. Schneideri gramm.* I 420 12 queris *u* 14 tacitur *B* 15 centum]·C· *B* 16 Lata *B item ni fallor π a. ras.* milicię *u* militie *π* 17 quando*que A* quandocumq. *u* 18 Largi A_1*Bγ*χ(*gh*) *Pph.* Largis *Fλπu*A_2*ς* emuli *u* 19 prop&///lacus *π* 20 citrea A_1*BG*'*V*' [2 *Bland. antiquissimi*] *Acr. et sch. γ Pph.* citria *π pr.* cytrea *γ*χ(*h*) ciptrea *λ* ciprea *F*A_2χ(*n*) cipria *uπ corr.* cyprea χ(*αμuar.σpv*) cypria χ(*βδϑμϱs*) 22 thura *u* lyraeque *ABγλπφς* liraeque *ψ*χ(*pv*) lirę q· *u*, q. *ab alt. m.* lyraque '*V*'χ(*g*) liraque χ(*α*) berecinthiae *ABγφu* berecythiae *λ* berechintiae *ψ* berecincię *Ac.* beręchyntię *π* berecynthia χ(*σg*) berecyntia '*V*' 23 tibiae *ABγλπu*χ(*βδϑnv* tybiae *s*) tibie ψ_1 tibia $\varphi_1\psi_2$χ(*αμϱp* tybia *σg*) *Bentl. sed uu.* 20. 22. 23. 24 *in â finiisse:* citreâ, Berecyntiâ, tibiâ, fistulâ, *id quidem mihi persuadere non poteram* 26 tenebris *B*

in morem Salium ter quatient humum.
me nec femina nec puer
iam nec spes animi credula mutui
nec certare iuuat mero
nec uincire nouis tempora floribus.
sed cur, heu Ligurine, cur
manat rara meas lacrima per genas?
cur facunda parum decoro
inter uerba cadit lingua silentio?
nocturnis ego somniis
iam captum teneo, iam uolucrem sequor
te per gramina Martii
campi, te per aquas, dure, uolubilis.

II

Pindarum quisquis studet aemulari,

TESTIMONIA.

35 sq. Seru. ad Aen. IIII 76 39 sq. Porph. ad serm. II 1, 8
IIII 2. 1 sqq. 'nouem uero lyricorum longe Pindarus princeps spiritus magnificentia, sententiis, figuris, beatissima rerum uerborumque copia et uelut quodam eloquentiae flumine: propter quae Hor. eum merito credidit nemini imitabilem' Quintilian. instit. X 1, 61 'uideamus utrum attigerit (sc. Vergilius) et Pindarum, quem Flaccus imitationi inaccessum fatebatur' Macrobius sat. V 17 1 praem. 'secunda ode' Diomed. 526

VARIA LECTIO.

28 quatient $\gamma\pi u G A_2 \chi (\vartheta v)$ quacient λ_2 quatiunt $A_1 B F \varsigma$ quaciunt λ_1 30 creduli *u* nuntia *y* 32 tympora *A* *fl*oribus π 33 Set π_1 36 silentii *B* 37 ego te somniis (somn' *Ac.*) $F\chi$ *Ac.* ego somniis te π te ego somniis ω *Porphyrionis Guelferbytanus opp, Pph.* ego *om.* *y* sonniis *u* 40 uolubiles $F u \pi$ *corr.*

IIII 2. POETARVM ENCOMIASTICE TETRACOLOS *A* AD IVLIANV̄ ANTONIVM VETVSTIOR̄ POETAR̄ VENERATIO ENCOMIASTICE TETRACOLOS *B fol.* 180 AD IVLV̄ ANTONIV̄ VETVSTIOR̄ POETAR̄ *B fol.* 170 AD ANTONIVM IVLLVM DE AEMVLATIONE VANA *F* AD ANTONIVM IVLIVM VETVSTIORVM POETARVM VENERATIO INCOMIASTICE TETRACOLOS γ AD ANTONIVM IVLVM DE EMVLATIONE VANA::::RVM POETARVM VENERATIO ENCOMIASTICE TETRACOLOS λ *in B fol.* 180 *huius carminis uu.* 1—40 *repetiti sunt* 1 Pandarum λ emulari

Iule, ceratis ope Daedalea
nititur pinnis, uitreo daturus
nomina ponto.
monte decurrens uelut amnis, imbres
quem super notas aluere ripas,
feruit immensusque ruit profundo
Pindarus ore,
laurea donandus Apollinari,
seu per audacis noua dithyrambos
uerba deuoluit numerisque fertur
lege solutis;
seu deos regesue canit, deorum
sanguinem, per quos cecidere iusta
morte Centauri, cecidit tremendae
flamma Chimaerae;
siue quos Elea domum reducit
palma caelestis pugilemue ecumue
dicit et centum potiore signis

TESTIMONIA.

10—12 'puto Horatium propter huiuscemodi uersus Pindaricos dixisse in IIII carminum: cum — solutis' Prisc. de metris Terentii §. 22 (de metr. comicorum, ed. Gaisford. §. 33) 11 sq. 'numerisque — solutis' Quintilian. instit. VIIII 4, 54

VARIA LECTIO.

Aπ 2 Iulle *Fuπ in ras.* Iuli *A* ('Iulium' *Acr. i. c. Porph. i. c. item ad u.* 33 'Iulius' *Acr.* 'Iulio' *Porph. sed idem rectius ad u.* 53) opę *ψ* daedalea *γ* dedalea *cett.* 3 pennis *πu* ['*tres codices manuscripti Bland. hic habent et ubique in aliis odis*, pinnis, *pro* pennis' *Cr.*] 5 annis *u* imbresq. *A* 6 Quem . . . aluere *A1Bγλuχ cons. Acr. sch.γ bis* Cum . . . saluere *Fχ* Cum . . . saliere *π'V'φp. ras. χ* Cum — aluere *χ(δ)* aluerc *Ac.* 7 Feruet *Fγλπu* [Feruit 1 *cod. Cr.*] immensus *Bγ* 9 apollinare *π corr.* 10 audaces *Fγπu* dithyrannos (b) *B fol.* 170 dityrambos *πφ* dethyrambos *λ* ditirambos *u* dytirambos *ψ* 11 *sq.* numerique fertur lege solutus *Pph. opp. Ac. Acr. et sch.γ Quintil.* 13 regesue *πuχ(αδsv)* regesque *cett.* can& *π* 14 Sanguine *ABγλ1(an λ2?)* iuxta *u* 15 tremende *Aψ1* 16 chimerae *ABF* chymerę *λu* 17 ęlea *π* 18 celestis *λu* caelestes *FγA2* equ*ūue φ* equū/// *π* ęquumue *AB fol.* 180 equumue *cett.* 19 centum]·C·*B* potiores ignis *B fol.* 170 potiores ignes *B fol.* 180

munere donat,
flebili sponsae iuuenemue raptum
plorat, et uires animumque moresque
aureos educit in astra nigroque
inuidet Orco.
multa Dircaeum leuat aura cygnum,
tendit, Antoni, quotiens in altos
nubium tractus: ego apis Matinae
more modoque,
grata carpentis thyma per laborem
plurimum, circa nemus uuidique
Tiburis ripas operosa paruos
carmina fingo.
concines maiore poeta plectro
Caesarem, quandoque trahet feroces
per sacrum cliuom merita decorus
fronde Sygambros:
quo nihil maius meliusue terris

TESTIMONIA.

25 '. . . Hor. de Pindaro: multa Dircaeum — cygnum' Seru. ad ecl. 9, 29 35 sq. 'merita — Sigambros' sch. γ c. IIII 3, 16

VARIA LECTIO.

21 Flebili~~s~~ *λu* sponse *γ* iuuenemque *$\gamma\chi(\alpha n)$ non Pph.* 22 animunq: *A_1* mores, *om.* que, *u* 23 educit *BFπu'V'*['*sic . . . in uno codice antiquissimo' Cr.*] *$\lambda_2\chi(\delta$[ex sil. Br.]$\vartheta\mu\varrho pv)$* reducit *$A\gamma\lambda_1 G\chi(\alpha\beta\sigma ghn)$* deducit *$y\omega$*(c̄ducit *$s_2$*) a~~u~~stra *$\gamma$* 24 orcho *u* 25 dirceum *$A\gamma$* dircheum *u* cignum *AFuAc.* cycnum *π Porph.* cy$\overset{c}{g}$num *B fol.* 180 cygnum *cett.* 26 quociens *λ* quoties *γ* 27 auis *A_1B utrobique* matinc *A_1* 28 modo*q. A* 29 thima *γ* tima *u* 30 plurimum] floreum *Bentl.* nemis *A* uiuidi *A_1B fol.* 170 31 riuos *Bentl.* par$\overset{v}{u}$os *π* paruus *cett.* 32 finguo *φ* *uu.* 33—60 *del. Peerlk.* *u.* 33 *om. B fol.* 180 Concinis *πpr.* Concinet *Lachmannus opp. Ac. Acr. et sch. γ Porph. sch. $\lambda\varphi$* poema *πuar.* 34 Cesarem *$A\gamma$* quandocūq: *u* 35 cliuium *B fol.* 170 cliuum *cett.* decoros *$A_1B\pi$pr.* 36 sy$\overset{c}{\underline{g}}am\overset{r}{b}$os *A, corr. alt. m.* sigambros *Fu* sycramb$\overset{r}{o}$s *π* sycambros *$G\chi(\sigma)$* [sygambros 3 *Bland.*] 37 nil *γ* nichil *φu*

fata donauere bonique diui
nec dabunt, quamuis redeant in aurum
tempora priscum.
concines laetosque dies et urbis
publicum ludum super impetrato
fortis Augusti reditu forumque
litibus orbum.
tum meae, si quid loquar audiendum,
uocis accedet bona pars, et 'o Sol
pulcher, o laudande' canam recepto
Caesare felix.
teque, dum procedis, io Triumphe!
non semel dicemus, io Triumphe!
ciuitas omnis, dabimusque diuis
tura benignis.
te decem tauri totidemque uaccae,
me tener soluet uitulus, relicta
matre qui largis iuuenescit herbis
in mea uota,
fronte curuatos imitatus ignis

TESTIMONIA.

39 sq. cf. Boet. consol. philos. 2, 5, 23 sq. 'utinam modo nostra redirent in mores tempora priscos'

VARIA LECTIO.

41 concinet *Lachmannus Hauptius alii opp. Acr. et sch. γ* letos *u* et urbis] ɩ̓bis *B* urbes *π corr.* 42 impe^{t}rato *u* 45 tunc χ(*s*) loquor *u*χ(*βδ*) *Bentl. opp. Ac. Porph.* 46 o *om. u*1 48 Cesare *A* 49 *sq.* tuque, dum procedit, 'Io triumphe!' et non semel dicemus, 'Io triumphe!' *Peerlk.* Teque *ΩGV* [3 *Bland.*] *Porph. schl. λφ comm.* ('*ad ipsum quasi triumphum loquitur sacra inuocatione qua io io dicebatur* [*dicebantur Acr.*] *Acr. sch. γ*) cum χ(*s*) procedit *B, D. Heinsius, Bentl.* procedes *Pph.* procedis *cett. sch. λφ* Tuque χ(*s*1 *Argentorat. II Vanderbourgi T*) Tūque *Porphyrionis exemplar anni* 1498 Isque *Bentl. sed cf. epod.* 9, 21 '*io Triumphe, tu moraris aureos currus et intactas boues*' *et Liu.* XXVIII 9 '*uno equo per urbem uerum Triumphum uehi Neronemque etiam si pedes incedat, . . . gloria memorabilem fore*' *u.* 50 *om. π pr. φ pr. u, u. test. sch. φ* 53 tauri *om. u* 54 soluit *F*χ(*ϱp*) *opp. Ac. sch. γ Pph. sch. λφ* 55 iuueniscit *B* iuuen*escit λ* 57 ignis *π*χ(*σ*1) *Ac. Pph.* ignes *cett.*

tertium lunae referentis ortum,
qua notam duxit, niueus uideri,
cetera fuluos.

III

Quem tu, Melpomene, semel
nascentem placido lumine uideris,
illum non labor Isthmius
clarabit pugilem, non equos impiger
curru ducet Achaico
uictorem, neque res bellica Deliis
ornatum foliis ducem,
quod regum tumidas contuderit minas,
ostendet Capitolio:
sed quae Tibur aquae fertile praefluunt,
et spissae nemorum comae
fingent Aeolio carmine nobilem.

TESTIMONIA.

IIII 3. 1 praem. 'tertia ode' Diomed. 526 sq. 8 'Hor. in IIII carminum: quod — minas' Prisc. X 25

VARIA LECTIO.

58 Tercium *u* orbem *λπυφuar.χ(δϑqrsνμuar. Pulmanni B Orelli c Bentlei decem etc.) non Porph.* 59 traxit *y* 60 Caetera *λπ* fuluos *A*1*B* fuluus *cett.*

IIII 3. DE SE REFERENS VIRTVTES POETICES (POETICAS *λ*) PROSEQVITVR AD MELFOMENEN (MELPOMENEN *λ*) MVSAM PROSEVTICE (SPEVTICE *λ*) TETRACOLOS *Aλ* PROSEVTICE TETRACOLOS DE SE REFERENS ET VIRTVTES POETICAS PROSEQVITVR AD MELPOMENEM MVSAM *γ* AD MVSAM HIS SCRIPTIS SE ESSE FELICEM OSTENDIT *F* *hanc oden om. B.* 1 Melphomene *Aλ Ac.* 2 numine *λuar.φuar. Pph. sch.λφ* 3 ist mius *F* istmius *λ* is(t)mius *u* ////mius *π* 4 *De*Clarabit *A* (*haec est interpret. sch.λφ*) Clarauit *Ac. opp. sch.γλφ* pugillem *γ* equ(v)s *A* *equus u*2 *in rasura* ęquus *ψ* equus *γλφ* inpiger *F* impier *γ* 5 decet *γ* achaio *y* 10 Set *γ* qua *Aλ*1 *opp. Pph. sch.γ* (*item Ac. I ut puto: hanc enim uocem om. Ac.*) praefluunt *ψpr.GV* [3 *Bland.*] *χ(αβδϑgn)* (*'praeterfluunt' interpret. sch.γ*) p̄fluunt *Aπ*2*χ(σh)* prefluunt *γχ(s)* praefluent *π*1*φψ corr.χ* (*μp*, pref: *ϱ*) perfluunt *χ(v)* profluunt *λ*1*u*1 *Ac. y* proluunt *λ*2 *u uar.* 11 spisse *γ* 12 eolio *Fπu*

Romae principis urbium
  dignatur suboles inter amabilis
uatum ponere me choros,
  et iam dente minus mordeor inuido.
o testudinis aureae
  dulcem quae strepitum, Pieri, temperas,
o mutis quoque piscibus
  donatura cygni, si libeat, sonum,
totum muneris hoc tuist,
  quod monstror digito praetereuntium
Romanae fidicen lyrae:
  quod spiro et placeo, si placeo, tuumst.

IIII

Qualem ministrum fulminis alitem,
cui rex deorum regnum in auis uagas
  permisit expertus fidelem
    Iuppiter in Ganymede flauo,
olim iuuentas et patrius uigor
nido laborum propulit inscium,

TESTIMONIA.

18 Seru. ad ecl. 1, 37 21 sq. 'Hor. lib. IIII carminum sic posuit: totum — praetereuntium' schol. Pers. 1, 28
IIII 4. 1 Porph. ad epod. 10, 1. praem. 'quarta ode' Diomed. 527

VARIA LECTIO.

uu. 13—16 *del. Peerlk.* 14 soboles *uGπ2, non Porph.* [3 *Bland.*] amabilis *γχ̇(h)* amabiles *cett.* 16 mordeor *om. λ* 17 aureę *A* 18 strępitū *π* piieri *φ* 20 cygni *λπ* cigui *cett.* 21 tu*i* *π* tuist *Lachmannus* tui est *Ω* 23 lirę *u* 24 spero *π* tuumst *Lachmannus* tuum est *Ω*

IIII 4. AD VRBEM ROMANAM (ROMAM *γ*) DE INDOLI (INDOLE *γ*) DVCVM. PROSPHONETICE ENCOMIASTICE TETRACOLOS *ABγλ*, *add. λ*: IN DRVSI NERONIS VIRTVTEM. IN DRVSI NERONIS VIRTVTEM *F* *uu.* 2—6. *del. Peerlk,* 2 aues *Aγλu* 4 Iupiter *F* ganiymede *B* ganimede *Aγλπu* 5 Olym *ψ* iumentis *B* patruus *u* 6 *redit τ* propulit *γλπuχ(δϑμσgqv,nuar.)* [2 *Bland.*] protulit *ABFτGπuar.χ*

uernique iam nimbis remotis
insolitos docuere nisus
uenti pauentem, mox in ouilia
demisit hostem uiuidus impetus,
nunc in reluctantis dracones
egit amor dapis atque pugnae;
qualemue laetis caprea pascuis
intenta fuluae matris ab ubere
iam lacte depulsum leonem,
dente nouo peritura uidit:
uidere * Raetis bella sub Alpibus
Drusum gerentem Vindelici (quibus
mos unde deductus per omne
tempus Amazonia securi
dextras obarmet, quaerere distuli:
nec scire fas est omnia), sed diu

TESTIMONIA.

11 sq. Prisc. VII 41 18—21 'quibus — distuli' Seru. ad Aen. I 243 22 'nec scire — omnia' Vincentius Bellou. VII 70 floril. Paris. 8818[a]

VARIA LECTIO.

sch.γ i. t. '*eiecit*' *interpretantur sch.λφ* 7 Verni *ABγτχ*(δ[*ex sil. Broukh.*] ϑσns$_1$) *Ac. sch.γ* Vernis *Fλπuς* 8 ducuere *γ* *post h. u. repetit B uu.* 6. 7 11 reluctantes *BFγπτu* 12 pugne *γ* 13 uellatis *π pr.* uellætis *π corr.* letis *Aτψu* capēa *B* 14 fulue *τ* 15 iam mane, iam sponte *coni. Bentl. alii:* iam iamque, iam macte, non ante, iam mente, iam Marte; *ceterum iam Prudentius nostram lectionem secutus est, peristephan.* X 662 *sqq.: Amplexus unam de caterua infantium paruum nec olim lacte depulsum capi captumque adesse praecipit' cf. etiam Verg. georg.* III 187 (*iam* = *modo ut Plin. ep.* II, 11) 16 uidet *uχ* 17 raeti *ABγτ* reti *λ*u$_2$*Ac.* raetii *F* retii *π in marg. sch.φ om. π pr. u* retis *y*(?) raetis *y*(?) *N. Heinsius, Bentl. opp. Acr. et sch.γ sch.λφ* 18 uindelyci *Fπ* et uindelici *χ*(*qv*) quibus — *u.* 22 sed *del. Lambinus Guietus Buttmannus Peerlk. Meinekius Linkerus Gruppeus etc., alii ita ut particulam* sed *eicerent, alii ut eam in* et *mutandam esse censerent: defendebant Horatium Monichius* (*nou. ann. philol. supplem.* VII 109), *Weilius* (*ibid.* LXXI 750) *Luc. Muellerus alii* 19 ductus *Seruius D.* deductū π_1 20 am$\overset{a}{o}$zoni$\overset{a}{o}$ *τ* 21 abarmet *τ pr.* subarmet *χ*(ϑnsμ *uar. Orelli cduar.*) *Seruii Guelferbyt. I* querere *τu* 22 Nec scire *Aγτ Ac. Acr. et sch.γ Vincentius*

lateque uictrices cateruae
consiliis iuuenis reuictae
sensere, quid mens rite, quid indoles
nutrita faustis sub penetralibus
posset, quid Augusti paternus
in pueros animus Nerones.
fortes creantur fortibus et bonis;
est in iuuencis, est in equis patrum
uirtus, neque inbellem feroces
progenerant aquilae columbam:
doctrina sed uim promouet insitam,
rectique cultus pectora roborant;
utcumque defecere mores,
indecorant bene nata culpae.
quid debeas, o Roma, Neronibus,
testis Metaurum flumen et Hasdrubal
deuictus et pulcher fugatis

TESTIMONIA.

29 'fortes—fortibus' Seru. ad Aen. I 590 33—36 'doctrina uim—culpae' Sigebertus uita Deoderici I c. 2 [Pertz VI 465] 34 'Hor. carminum lib. IIII rectique — roborant' Eutych. II 13 35 sq. schol. Iuuen. 14, 1 38 'testis — flumen' Seru. ad ecl. 5, 21

VARIA LECTIO.

Nescire *BFλπuχ*($\beta\vartheta_1\mu pr.\varrho\sigma_1 p$) *Pph. opp. ut uid. Porph.* sediu λ_1 diu] tuum *Linkerus* 23 Lete A_1 24 repressae *y* (*Graeuiani uar. l.*) *Pph. Bentl.* reiectae *Wadeus* reuictae *Ω sch.y* (*'. . . mire* (*Mare cod.*) *autem reuictae quia superius dixerat uictrices' sch.y*) r. *Ac.* 25 ritæ *τ* q̍t *B* 26 faustis] sanctis *Bentl.* penitralibus *Bu* 28 animos *ypr.* nerones *AFπu Ac. Acr. sch.y* neronis *Pph. Bλτ et* y_1? 29 fortibus. et bonis $A y_1 \lambda_1 \tau u \chi$(σ) fortibus et bonis $F\varrho y_2 \lambda_2 \chi$(*h*) *rectius cf. epist.* I 9, 13 30 aequis *F* 31 nec $F\pi u\lambda_2\chi$ *Pph.* imbellem *u* 33 Doctrinam *y* uim *om. F* uī A_2 *in loco raso* 35 defecerere *φ* 36 Dedecorant *ABγλτuGς*(*αβδϑσghnqs*)*sch.y* (*interpr.* 'Dedecorant] *deformant indecora faciunt'*) *comm. schol. Iuuen. Sigebertus Bentl. cons. sch.λφ* Indecorant *Fπχ*($\mu\varrho p v_1$) *Ac. Pph. Porph.* Indedecorant *y* (*interpr. indecora faciunt Acr.*) 38 asdrubal *λ* 39 et *om. πpr.*

ille dies Latio tenebris,
qui primus alma risit adorea,
dirus per urbes Afer ut Italas
ceu flamma per taedas uel Eurus
per Siculas equitauit undas.
post hoc secundis usque laboribus
Romana pubes creuit, et impio
uastata Poenorum tumultu
fana deos habuere rectos,
dixitque tandem perfidus Hannibal:
'cerui, luporum praeda rapacium,
sectamur ultro, quos opimus
fallere et effugere est triumphus.
gens, quae cremato fortis ab Ilio
iactata Tuscis aequoribus sacra
natosque maturosque patres
pertulit Ausonias ad urbes,
duris ut ilex tonsa bipennibus
nigrae feraci frondis in Algido,
per damna, per caedes, ab ipso
ducit opes animumque ferro.
non Hydra secto corpore firmior
uinci dolentem creuit in Herculem,
monstrumue submisere Colchi

VARIA LECTIO.

40 Illi *B* *uu.* 41—48 *del. Peerlk.* 41 arma *Fγλπ1χ* 42 Durus *χ(ϑ1v)* affer *u* ut] it *y* [1 *cod. Cruquii*] *Aldus* (*'stati ·s· ut' sch.γ*) 43 flammas *u* tedas *ABγλπu* uel Eurus] per euros *Fχ(ϱp)* et eurus *π* (*sed* et *in ras.*) *uχ(δ)* 44 singulas *B* 45 Post haec *χ(α)* Post hunc *χ(ϑ)* 46 inpio *λ* 47 penorum *Au* 49 que *om.τu1* ^{h}anibal 50 preda *Aγu* rapatium *Aγτu* 52 et fugere *u* est *om.τχ* 53 Gensq. cremato *τχ* il^{i}lo *τ* 54 Tuscis] tuis *τ* equoribus *γ* 56 Ausonias ad] ad daunias *τ* 57 uti lex *τ* pipenuib; *τ* 58 Nigre *γ* alcido *BFλ1τuπ corr.* 59 dampna *γ* danna *u* cedes *AFλu* 60 animos *y* *uu.* 61—64 *del. Struveus Meinekius Linkerus Gruppeus* 61 hidra *Au* ydra *τ* 62 erculem *λ* 63 submisere *ABλτ* sū////misere (*lineola supra* u *ab alt. m.*) *π*

maius Echioniaeue Thebae.
merses profundo: pulchrior euenit;
luctere: multa proruet integrum
cum laude uictorem geretque
proelia coniugibus loquenda.
Carthagini iam non ego nuntios
mittam superbos: occidit, occidit
spes omnis et fortuna nostri
nominis Hasdrubale interempto.
nil Claudiae non perficient manus,
quas et benigno numine Iuppiter
defendit et curae sagaces
expediunt per acuta belli.'

V

Diuis orte bonis, optume Romulae

TESTIMONIA.

IIII 5. 1 praem. 'quinta ode' Diomed. 527

VARIA LECTIO.

summisere *cett.* cholchi *γ* 64 Mauis *τ* ethioniaeue *Aγ* ////chionieue *aut* (*uirgula et aut ab alt. m.*) *π* thebe *π1* 65 Merses *γu1A2 ψ2χ(βδϑv) Ac. Acr.sch.γ* Mersus *ABλGγuar.π2χ(ασgns)* [2 *Bland.*] Mersae *Fτχ(μϱ*, Merse *p)sch.λφ* Merges *u2* Mersu *χ(h)* (Mess////*πa.corr*) pulcrior *u* euenit *Ω Ac. Acr. sch.γ sch.λφ* exiet *χ(qv Basil. I Vatic. L. corr.)* 66 Lucrere *A* Ductore *πτφuχ(μϱσ1v1) opp. Acr. sch.γ* proruit *π1τχ(δp) opp. Acr. sch.γλ* 67 gerit *χ(s)γ Bentl. opp. Pph.*
68 Praelia *AFλ* P̄lia *Bπu* Prelia *γ* 69 Carthagini *γψ* Kartagini *B* Cartagini *cett.* noncios *λ* 70 Mittat *B* *uu.* 73—76 *del. Peerlk. Meinekius Prienius Linkerus* 73 Nihil *Fλπτ Ac. Pph.* claudie *λ1* perficient *ABγλπuGχ Pph. sch.λφ* perficiant *Fχ(ϱp)* perficiunt *τ'V' χ(σ1 Pulmanni H)* efficient *Glareanus* .74 iupiter *Fγ* 75 Descendit *τ* 76 Expedient *χ(n)* peracuta *'V'* aucta *λ* bella *χ(v1)ω*
IIII 5. AD AVGVSTVM DE EXPEDITIONE EIVS TARDA ORAT. PEANIS (PEANIS *A*) SPECIES PROSEVTICE TETRACOLOS *AB* AD CAESAREM (CES: *λ*) AVGVSTVM ABSENTEM *Fλ*, *add. λ:* DE EXPEDITIONE EIVS TARDA ORATIO PEANIS SPETIES PROSEVTICE TETRACOLOS *λ* AD AVGVSTVM DE EXPEDITIONE EIVS. PROSEVTICE TETRACOLOS *γ inscr. om. τ* 1 Diuis horte *F* optume *γ expos. metr.* optime *rell. Ac. Dio-*

custos gentis, abes iam nimium diu;
maturum reditum pollicitus patrum
sancto concilio, redi.
lucem redde tuae, dux bone, patriae:
instar ueris enim uoltus ubi tuus
adfulsit populo, gratior it dies
et soles melius nitent.
ut mater iuuenem, quem Notus inuido
flatu Carpathii trans maris aequora
cunctantem spatio longius annuo
dulci distinet a domo,
uotis ominibusque et precibus uocat,
curuo nec faciem litore dimouet:
sic desideriis icta fidelibus
quaerit patria Caesarem.
tutus bos etenim rura perambulat,
nutrit rura Ceres almaque Faustitas,
pacatum uolitant per mare nauitae,
culpari metuit fides;
nullis polluitur casta domus stupris,
mos et lex maculosum edomuit nefas,
laudantur simili prole puerperae,

TESTIMONIA.

23 Isidorus differentiarum lib. § 448. ('Hor. laudatur primo prole

---

VARIA LECTIO.

med. romulae *λ1πa.ras. Ac. cons. interpr.* romule *AFτλ2πp.ras. expos. metr. Diomed. sch.λφ* romuleae *Bγuχ*(σ) 2 habes *γ* 3 redditum *B*
4 consilio *λ* 5 Luce *τ* 6 uoltus *Fπ* uultus *cett.* 7 Adfulsit *FγλPph.* [*et* 2 *codd. Bland.*] Ad fulsit *A* Affulsit *Bπu* Affluxit *τ* Effulsit *Gχ*(*αβϑs*)[1 *cod. Bland.*] it]////*φ* et *πτχ*(*δϱpvuar. Pulmanni H*)[1 *Bland.*]
8 sole *B* 9 quæm *λ* nothus *FπτuA2* 10 Flatus *B* carpathi *τ* carphatii *A* carpatii *Fu Ac.* carpati *B* 11 spacio *τ* 12 Dulcis *F* destinet *γπpr.τχ* detinet *ω opp. Ac.* [3 *Bland.*] 13 ☰ominibus *A* omnibus *Fπτuχ Ac. opp. Acr.* que *om. uχ* 14 Čoruo *γ* facilem *u* littore *Aλτu* demouet *Fτχ opp. sch. λφ* [3 *codd. Bland.*] 16 Querit *γu* cesarem
17 etenim bos *τ* 18 Nutritura *Fπpr.τχ* rura] rite *Schwerdtius* prata *Tan. Faber.* farra *Bentl.* culta *Cuninghamus* fauustitas *u* faust, *B* 19 Paccatum *u* 20 metuet *Ac.* 22 Mox *Fλχ* 23 prole☰ *A*

culpam poena premit comes.
quis Parthum paueat, quis gelidum Scythen,
quis Germania quos horrida parturit
fetus, incolumi Caesare? quis ferae
bellum curet Hiberiae?
condit quisque diem collibus in suis,
et uitem uiduas ducit ad arbores;
hinc ad uina redit laetus et alteris
te mensis adhibet deum;
te multa prece, te prosequitur mero
defuso pateris, et Laribus tuum
miscet numen, uti Graecia Castoris
et magni memor Herculis.
'longas o utinam, dux bone, ferias
praestes Hesperiae' dicimus integro
sicci mane die, dicimus uuidi,
cum sol Oceano subest.

VI

Diue, quem proles Niobea magnae

TESTIMONIA.

puerpera nato' Isidor. origin. XI 2, 14) 24 'culpam pena p̄mit comes' floril. Paris. 8069

IIII 6. 1 praem. 'sexta ode' Diomed. 527

VARIA LECTIO.

24 pęna *A* præmit *φ* 25 partum *F* parthu *τ* scythē *A* scithen *Bφ* scythem *λ* scithem *u* 27 Faetus *AFτ* Foetus *γλuπ*$_2$ Festus *π*$_1$ incolomi *γτ* fere *τφ* 28 hyberiae *F* hiberie *u* hibernię *τ* iberię *Ac.* 31 uina] tecta *Peerlk.* fida *Schwerdtius* redit] uenit *τuχ*(*δ* '*Pulmanni H*) letus *u* 32 athibet *A*$_1$ 34 Defuso *FγτG' V'χ*(*αβδμϱσ*$_2$*np*$_1$*v*) Diffuso *ABλπuχ*(*ϑσ*$_1$*gqs*) [2 *Bland.*] 35 grecia *Au* ḡcia *B* gretia *Fγ* gr̄a (= gratia) *τ* 36 hercolis *B* 37 dux] rex *τχ*(*δσ*) 38 Prestes *Aγu* 40 o^{c}ceano *γ*, c *superscr. alt. m.*

IIII 6. APOLLINIS LAVDEM REFERT (APOLLINEM LAVDAT *γ*) QVONIAM SERVAVIT AENEAN (ENEAN *Aγ* AENEAM *λ*) AVCTOREM ORIGINIS ROMANAE. PROSEVTICE TETRACOLOS *ABγλ* IN APPOLLINEM *F* *inscr. om. τ* 1 magne *τ* sensit^{magne} *π*

uindicem linguae Tityosque raptor
sensit et Troiae prope uictor altae
  Phthius Achilles,
ceteris maior, tibi miles impar,
filius quamuis Thetidis marinae
Dardanas turres quateret tremenda
  cuspide pugnax.
ille, mordaci uelut icta ferro
pinus aut inpulsa cupressus Euro,
procidit late posuitque collum in
  puluere Teucro.
ille non inclusus equo Mineruae
sacra mentito male feriatos
Troas et laetam Priami choreis
  falleret aulam,
sed palam captis grauis, heu nefas heu!
nescios fari pueros Achiuis
ureret flammis, etiam latentem
  matris in aluo:
ni tuis uictus Venerisque gratae
uocibus diuom pater annuisset

TESTIMONIA.

7 sq. cf. Senec. Agam. 357 sq: 'Pallas, quae Dardanias saepe petisti cuspide turres' et Manil. IV 217 'metuendus cuspide pugnax' 21—23 'ni tuis Venerisque gratae, rebus Aeneae potiere ductos' schol. Stat. Theb. V 277

VARIA LECTIO.

2 lingue *A*1 titios *Au* tytios *γλτ* 4 Phthiū *Ac*.1 Pthius *ABF γλ* P///thius *π* Thius *τ* Pinthius *u* 5 Caeteris *Fτ* inpar *F* 6 tetidis *B* t^h^etidis *ψ* *uu*. 7—10 *del. Peerlk.* 7 quiteret *τ* 9 uelud *ψ*1*u* 10 inpulsa *Fγτχ*(*βϱσhps*) impulsa *πχ*(*αδμgnv*) inp̄ssa *A* impressa *Bλuχ* (inpr: *ϑ*) cupresse uro *τ* cyp̄ssus *B* cupressus *π* 11 in *om. γχ* (*βσpr.s*1 *Pulmanni B et H*) [*opp.*2*codd. Bland.*] 14 Sed *grauis captis palam* heu *u* Set *γ* captis *om. Fπpr.τχ*(*μϱp*) uictor *u*1(*να*2) (*A*1 *non satis liquet, sed* captis *uidetur erasum esse*) captis *cett. Ac. sch.γ* captor *Buttmannus* uictis *Torrentius Peerlk. Schwerdtius* Sacra mentio *τ* Sacramento *Fχ*(*ϱ*) 15 letamus *τ* letam *A*1*u* 17 Sed 19 iacentem *G* 21 uictus] flexus *'V'* 'uictus] *flexus' sch.γ comm. Cr. tem sch. Pulmanniani codicis B* grate *A*1*λ*1 22 diuum *Ω* ad-

rebus Aeneae potiore ductos
alite muros.
doctor argutae fidicen Thaliae,
Phoebe, qui Xantho lauis amne crines,
Dauniae defende decus Camenae,
leuis Agyieu.
spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem
carminis nomenque dedit poetae.
uirginum primae puerique claris
patribus orti,
Deliae tutela deae, fugacis
lyncas et ceruos cohibentis arcu,
Lesbium seruate pedem meique
pollicis ictum,
rite Latonae puerum canentes,
rite crescentem face Noctilucam,
prosperam frugum celeremque pronos
uoluere mensis.

TESTIMONIA.

26 '. . . lauo, lauis . nam hoc uerbum et primae est coniugationis et tertiae, a qua nunc ait lauit . item Hor.: lauit amne crines' Seru. ad Aen. X 727   35 sq. Acron uolgatus et schol. *γ* ad art. poet. 274

VARIA LECTIO.

nuisset *Fγ*   23 eneae *Aπ* aenæ *F*   *uu.* 25—28 *del. Linkerus*   25 argiue *χ*(*s*1*vuar.*) argiuae *π*(*at* argute *πuar.*) *uuar.χ* (*puar.*) (*sch. Fλ*: *grecae uel argiuae*) fidicem *λa.ras.* taliae *Fπ*   26 Phebe *τu* Phobe *γ* Ph^{o}ebe *φ* Ph^{e}obe *π*   xanto *πτγ corr.* santo *γ pr.* sancto *u*   lauit *Seruius D.*   anne *u*   28 agyieu *πpr. Pph.* agyeu *Bγ*2 (agieus *sch.γ*) agyleu *Fλπcorr.χ* agileu *Aτuς et γ*1 *ut uid. Acr. cons. sch.φ* agylleu *y* [*omn. Bland.*] *sch.λ* [Lætus agylleu '*V*']   *inde a u.* 29 *nouum carmen incipere arbitrantur Sanadonus et Büchelerus* (*mus. Rh. nou.* XIIII 158 *sq.*)   *uu.* 29—44 *del. Peerlk.*   29 phoebus ... phebus *B* phębus ... phoebus *γ* phębus ... phębus *A* phębus ... phebus *u* phebus ... phebus *τ*   arcē *τ*   32 Partibus *B*   33 fugaces *Fτuγ corr. π corr.*   34 Lincas *AFγπτu*   choibentis *τ*   35 meique] et nixi *Acron uolgatus, recte sch.γ*   37 pueri *τ*   canentis *λ*   38 noctilucam *Bλu*1*GF uar. λ uar. π uar.* ('*i. e. Lunam*' *sch. λφ*) *χ* (*αδϑμg*) noctiluca *Aγπ p.ras.* (*π a.ras. n. l*) *Ac.* nocte lucem *Fπ a.ras. ut uid. Fτχ*(*ϱp*)   39 fugū *A*1 *frugū π*   cęlerem *π*   40 mensis *Porph.* menses *Pph. Ω*

nupta iam dices 'ego dis amicum,
saeculo festas referente luces,
reddidi carmen docilis modorum
  uatis Horati'.

VII

Diffugere niues, redeunt iam gramina campis
  arboribusque comae;
mutat terra uices, et decrescentia ripas
  flumina praetereunt;
Gratia cum Nymphis geminisque sororibus audet
  ducere nuda choros.
inmortalia ne speres, monet annus et almum
  quae rapit hora diem.
frigora mitescunt Zephyris; uer proterit aestas,
  interitura, simul

TESTIMONIA.

44 '. . . licet haec antiquitas per ἀποκοπὴν i. e. ablata I littera enuntiauerit, ut ipse de se Hor.: uatis Horati' incerti fragm. grammat. de nomine et pronomine [ed. Eichenfeldus] § 2

IIII 7. 1 sq. Fortunatianus 2704 Augustinus de musica V 13, 28 'ad Mallium Torquatum hanc (sc. epistulam) scribit, ad quem etiam illam oden: diffugere niues r. i. g. c. a. q. c.' schol. γ epist. I 5, 1 'septima ode: diffugere — comae' Diomed. 527 'lib. IIII ode VII talis est: diffugere — comae' Victorinus de metr. Hor. 2618 2 Diomed. 515 3 'mutat terra uices' Didonis epistula ad Aeneam u. 59 7 sq. 13—16 Hildebert. moral. philos. 971 9—11 cf. Salei Bassi ep. ad Pison. 138 sq. 'uer fugit aestates: aestatum terga lacessit pomifer autumnus nebulis cessurus et undis'

VARIA LECTIO

41 diis *Aγλτ* 42 Seculo *Au* 43 Redidi *F* 44 horatii *ABu* horacii *λ*

IIII 7. AD MANLIVM TORQVATVM DE MORTALITATE REFERT (REFERET *A*) ENIM OMNIA MVTARI (MATVRI *γ*) MOMENTO TEMPORIS PARAENETICE (PARANETICE *Aγ,n.l. λ*) TETRACOLOS (*n. l. λ om. γ*) *ABγλ* AD MANLIVM TORQVATVM VERNI TEMPORIS SCRIPTIO (DESCRIPTIO *δ*) *F inscr. om. τ* 4 pretereunt *AFγλ* 5 nimphis *ABτu* 7 Imortalia *B* Immortalia *π* et] ad *τ* album *χ* allium *γ* 8 Que *τ* 9 zephiris *Aγτφu* zefyris (ph above f) *B* estas *u* u. 10 *om. λ1* 10 Imperitura *τ*

pomifer autumnus fruges effuderit, et mox
  bruma recurrit iners.
damna tamen celeres reparant caelestia lunae;
  nos, ubi decidimus,
quo pius Aeneas, quo Tullus diues et Ancus,
  puluis et umbra sumus.
quis scit an adiciant hodiernae crastina summae
  tempora di superi?
cuncta manus auidas fugient heredis, amico
  quae dederis animo.
cum semel occideris et de te splendida Minos
  fecerit arbitria,
non, Torquate, genus, non te facundia, non te
  restituet pietas:
infernis neque enim tenebris Diana pudicum
  liberat Hippolytum,

TESTIMONIA.

14 Seru. ad Aen. I 714 16 cf. Auson. epitaph. 17, 2 'ductores quondam puluis et umbra sumus' 17 sq. Hildebert. moral. philos. p. 990 25 sq. 'neque enim Diana pudicum liberat Hippolytum' Seru. ad Aen. VI 617 mythographus II c. 128 ap. Mai auct. class. III 132 cf. Prudent. cathemer. XII 164 sqq. 'at nos . . . dux noster hoste saucio mortis tenebris liberat' 26 expositio metrica

---

VARIA LECTIO.

11 autunnus *u* autūmus *τ* effunderet. mox A_1 effunderit *τ* 12 recurret *y* inhers *A* inærs *τ* 13 Danna *u* celeris *B* cęleres *π* celestia *Aλu* 15 Quis φ_1 pater *πτu'V'χ*($\alpha\delta_1\vartheta\sigma q v$) pius *cett. Gπuar. sch.γ Pph. Hildebertus* (*'ego* pius *legerim' Broukhusius et cf. Ouid. am.* II 18, 31. *Vergil. Aen.* I 378) tullus diues *AγλG*(*ex sil. Pulm.*) *χ*(*βhnp*) *Ac. Pph. Hildebertus* tullius diues *B* diues tullus *πτuχ*($\alpha\delta\mu\varrho_2\sigma q s$) diues dullus *sch.λ pr. sch.φ* diues iulus *Fχ*(ϱ_1 *ut uid.*) Tullus abiuit *Peerlk. et Schwerdtius* 17 Qui scit *χ*(*v*) *Pph.* Qui scis *By Hildebertus* Qui*d* scis *χ*(*s*) Quis scis *sch.λ opp. Acr. sch.φ* anadi ciant *τ* aditiant *u* summae *BFγ*$\lambda_1\chi$($\alpha\mu\varrho n p s$ summe *g alt.l.*) *item* A_1 (?) uitae *πτuG'V'*$A_2\varphi$ *uar.χ*(*βδϑσg alt.l.hqvμuar.*)*Hildebertus.* uitae *glossema est, ut in antecedenti carmine* flexus 18 T*y*mpora *A* dii *Aγλτu* (di] *pro* dii *sch.λφ*)

19 herebis $\psi_1 \lambda_2$ *uar.* $u_2 \chi$($\beta\vartheta\varrho_1 h$) hȩrebis *τ* herebit φ_1 *et* φ_2 *uar.* ψ_2 *sch.Fλ opp. Acr. Porph. sch.γ* 20 Que *γ* 21 Que at Cum *γ* mynos *π* (*sed* o *in ras.*) *τ* *u.* 24 *om. γ pr.* 26 hippolitum *A* h$\overset{1}{y}$ppol$\overset{y}{i}$tum *B* hyppolitum *Fπ* hypolitum *γλ* yppulitum *τ* ipolitum *u recte Pph.*

nec Lethaea ualet Theseus abrumpere caro
  uincula Pirithoo.

VIII

Donarem pateras grataque commodus,
Censorine, meis aera sodalibus,
donarem tripodas, praemia fortium
Graiorum, neque tu pessuma munerum
ferres, diuite me scilicet artium,
quas aut Parrhasius protulit aut Scopas,
hic saxo, liquidis ille coloribus
sollers nunc hominem ponere, nunc deum.
sed non haec mihi uis, non tibi talium
res est aut animus deliciarum egens.
gaudes carminibus; carmina possumus
donare et pretium dicere muneri.

TESTIMONIA.

IIII 8. 1 Terentianus 2443 praem. 'octaua ode' Diomed. 527 6—8 Seru. ad Aen. VI 20

VARIA LECTIO.

27 Nęc *τ* Non *χ*(*α*) lethea *Aλιu* laethaea *π* lęthea *F* loethea *τ* teseos *τ* 28 perithoò *ABλπpr.τ*

IIII 8. AD CENSORINVM CÕPARATIO POETICES DIVITIARVM SIMVL AC VIRTVTIS. ENCOMIASTICE MONOCOLOS *AB* AD CENSORINV̄ MARCVM *F* AD MARCIVM CENSORIVM COPORATIO POETICES DIVITIARVM SIMVL ET VIRTVTIS. ONCOMIASTICE TETRACOLOS *γ* AD MARCIVM CENSORINVM CŌPARATIO POETICE FORTVNARVM SIMVL AC VIRTVTIS ENCOMIASTICE MONOCOLOS *λ inscr. om. τ* 1 commodus *ABγGV* [3 *Bland.*] *φuar.χ*(*βσιns*) *expos. metr. Acr. sch.γ Diomed. Terent.* commodis *Fλπτuχ*(*αδμϱhpv*)*ω* (commodijs *g*) 3 trippodas *λ* premia *Au* proemia *γτ* 4 pessima *ABλτuγ2πp.ras.* 5 quas aut] qualis *Seruius D.* parhasius *γ* parrasius *Fλ* 8 Solers *sch.φ* [Sollers 3 *Bland.*] 9 Set *γ* hec *Aιφ* nec tibi *τ*' *V*'*χ*(*σsμuar.ϱuar.*) *non Pph.* 10 delitiarum *Au* diliciarum *B* deliciorum (a supra o) *τ* 11 Gaude////s *λψ* 12 p̄cium *τ* muneris *χ*(*μuar. et Lambini Vanderbourgique codd. aliquot*) *Porphyrionis ω* muneri *ΩGV*[3 *Bland.*] *ϛ Ac. Pph.*

non incisa notis marmora publicis,
per quae spiritus et uita redit bonis
post mortem ducibus, non celeres fugae
reiectaeque retrorsum Hannibalis minae,
non incendia Carthaginis impiae
eius, qui domita nomen ab Africa
lucratus rediit, clarius indicant
laudes, quam Calabrae Pierides: neque,
si chartae sileant quod bene feceris,
mercedem tuleris. quid foret Iliae
Mauortisque puer, si taciturnitas
obstaret meritis inuida Romuli?
ereptum Stygiis fluctibus Aeacum
uirtus et fauor et lingua potentium
uatum diuitibus consecrat insulis.
dignum laude uirum Musa uetat mori.
caelo Musa beat. sic Iouis interest
optatis epulis impiger Hercules,
clarum Tyndaridae sidus ab infimis
quassas eripiunt aequoribus rates,

TESTIMONIA.

28 Hildebert. moral. philos. p. 992

VARIA LECTIO.

13 Publica *Pph. opp. sch. γ* *uu.* 14—17 *del. Peerlk.* 14 Perque *A* *uu.* 15 non — 19 rediit *del. Lachmannus Meinekius Hauptius Peerlk. Linkerus* 15 celeris fuga *ABλ* 16 annabilis *τ* *u.* 17 *del. Bentl. Buttmannus* [*mytholog.* II *p.* 367] in dispendia *G. Hermannus* impendia *Cuninghamus* stipendia *Döringius* kartaginis *Bγ* cartaginis *πτ* inpię *λ* 19 clarus *A*ι 21 Sic arte *τ* Sic ḥartę *B* charte *γ* carthę *A* cartae *Fπu* bone *λ* 22 Mercede *τ* 24 Op^s^tar& *π* 25 stigiis *AFλτu* eacum *πuφ uar.* aequum *Fτπ uar. sch. λφ* 26 pauor *τ* *u.* 28 *del. Lachmannus Hauptius alii* 29 Celo *τu* beatus *τ* 30 inpiger *Fλ* inpigær *γ* 31 tyndaride *λ*ι tindaridę *F* tindaride *τu* sydus *ψ* 32 eripi^a^unt, a *ab alt. m. A* equoribus *u*

ornatus uiridi tempora pampino
Liber uota bonos ducit ad exitus.

VIIII

Ne forte credas interitura, quae
longe sonantem natus ad Aufidum
non ante uolgatas per artes
uerba loquor socianda chordis,
non, si priores Maeonius tenet
sedes Homerus, Pindaricae latent
Ceaeque et Alcaei minaces
Stesichorique graues Camenae;
nec si quid olim lusit Anacreon,
deleuit aetas; spirat adhuc amor
uiuuntque commissi calores
Aeoliae fidibus puellae.
non sola comptos arsit adulteri
crines et aurum uestibus illitum
mirata regalisque cultus

TESTIMONIA.

IIII 9. 1 praem. 'nona ode' Diomed. 527 8 cf. 'Stesichori graues Camenas' Apollin. Sid. carm. VIIII 212

VARIA LECTIO.

u. 33 *del. Lachmannus Hauptius alii* tempora (y *supra* e), y *ab alt. m. A* 34 nota *π* duxit *ABλ, non Ac. sch.γ*

IIII 9. CONSECRARI AIT CARMINA SVA MERERI, QVONIAM NIHIL (NICHIL *A*) EST (*om. Aγ*) QVOD (*om. Aγ*) NON CARMINIBVS ILLVSTRATVR *ABγλ, add. λ*: AD LOLLIV̄ DE INMORTALITATE CARMINVM SVORVM *λ* AD LOLLIVM DE IMMORTALITATE CARMINVM SVORVM *F inscr. om. τ* 2 sonante ego natus *u* 3 uulgatas *ABλτu* artis *πpr.* arces *γ* 4 loquar *Fπuχ(αϱ1h)* cordis *F τu* codis *λ* 5 meonius *Bτu* 6 pindarichæ *π* 7 alcei *AFλτu* 8 Stersichoriq. *γπ* Sersicoriq, *τ* Tersichoriq. *Ac.* Sthersichorique *F* Stesichoriue *Bλ1* (q *add.λ2*) Stersichoriue *A* Tersicoriq. *u* 9 anacroen *A* 10 recens (tamor *supra*) *π* 12 Eolię *u* 13 conptos *u* 14 inlitum *Fγπu* 15 Mirata *u* regales *u*

et comites Helene Lacaena;
primusue Teucer tela Cydoneo
direxit arcu; non semel Ilios
uexata; nec pugnauit ingens
Idomeneus Sthenelusue solus
dicenda Musis proelia; non ferox
Hector uel acer Deiphobus grauis
excepit ictus pro pudicis
coniugibus puerisque primus.
uixere fortes ante Agamemnona
multi; sed omnes inlacrimabiles
urgentur ignotique longa
nocte, carent quia uate sacro.
paulum sepultae distat inertiae
celata uirtus. non ego te meis
chartis inornatum sileri
totue tuos patiar labores
impune, Lolli, carpere liuidas
obliuiones. est animus tibi

TESTIMONIA.

18 sq. 'non semel—uexata' Seru. ad Aen. III 3 29 sq. 'paulum—inercie celata uirtus' Vincentius VII 70

VARIA LECTIO.

16 helenae *Bλτu* helęne *π* helen*a A* lacęnę *π* lacenae *Fλτ* lacena *cett.* *uu.* 17—24 *del. Peerlk.* 17 Primusque *Fπτu Ac.* cydonio *u* cidoneo *ABF* 18 Dilex̄ *τ* illos *τ* 19 Vexat *B* nec *Fγχ* (*βμϱhnpv*) non *ABλτuχ*(*αδϑσgs*) *Ac.* n^{ec} *π* 20 sthenelusue *Fγχ* sthenelusq. *Aπ* stenelusq. *u* sthelenusque *Bλ*1 (?) stelenusq, *τ* sthele////lusque *λ* (st: ue *βδμϱσnp*) 21 praelia *A* p̄lia *Bλπu* prelia *F* 22 Haector *FπAc.* dei foebus *B* deiphoebus *γλsch.λφ* deiphebus *πτu* graues *Fτuπ*2 24 primi//// *π* 25 agamennona *AFu* 26 ['inlacrimabiles. *hic seruaui antiquam scripturam*' *Cr.*] illacrimabilis *B* inlacrimabilis *π pr.* 27 Urguentur *χ*(*αβδh*) Urgentur *π* Ungentur *γ* 28 quia] q. *τ* 29 inerciae *τ* inertiæ *π* inertiȃ *Bentl.* 30 Caelata *Fπγ*2 31 Cartis *Fτu* Carthis *Aλ* silebo *ABλu*2*χ*(*σ*) *opp. G*ς 33 *inde ab h. u.—c. 11, 12 deficit τ; interiit enim folium unum* Inpune *Fπu* Īpune *B* 34 Obliuione *B* Obliuionis *πpr.*

rerumque prudens et secundis
temporibus dubiisque rectus,
uindex auarae fraudis et apstinens
ducentis ad se cuncta pecuniae,
consulque non unius anni;
sed quotiens bonus atque fidus
iudex honestum praetulit utili,
reiecit alto dona nocentium
uoltu, per obstantis cateruas
explicuit sua uictor arma.
non possidentem multa uocaueris
recte beatum; rectius occupat
nomen beati, qui deorum
muneribus sapienter uti
duramque callet pauperiem pati,
peiusque leto flagitium timet,
non ille pro caris amicis
aut patria timidus perire.

X

O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens,

TESTIMONIA.

45—50 Hildebert. moral. philos. p. 991 45—49 Vincent. l. c. 45 sq. 'non—beatum' floril. Paris. 8818[a]

IIII 10. 1 Terentianus p. 2443 Fortunat. 2705 praem. 'decima ode'

VARIA LECTIO.

35 rarumq. *Ac.* que *om.* *ABλχ*(σ) 36 rectis *φpr.* 37 et apst: — *u.* 40 *om. B* abstines *λpr.* abstinens *cett.* 38 peccunię *u* 40 Set *γ*1 quociens *λ* quoties *γ*1 41 utili et *yω Bentl.* *uu.* 42—55 *om. B* 43 Vultu *Aγλu* et per *ω* obstantes *Fγu uu.* 45—52 *del. Peerlk.* 45 uocaberis *λ Pph. floril. Paris.* uocaris *u* 50 lęto *Au* loeto *Fγλπ* 52 peribit *ABλ* ('*al lib.* perire' *λ*) [2 *Bland.*] *opp. G* '*V*' *Pph. Porph. sch.λφ*

IIII 10. AD LIGVRINVM PVERVM (*om. AB*) SPECIOSVM (SPETIOSVM *γ*, *cett. om. F*) ET ARROGANTEM ADVERSVM MAIORES (ADVERSVS AMATORES *γ*). EROTICE MONOCOLOS *ABFγλ* 1 ueneris potens

insperata tuae cum ueniet pluma superbiae
et, quae nunc umeris inuolitant, deciderint comae,
nunc et qui color est puniceae flore prior rosae,
mutatus, *Ligurine, in faciem uerterit hispidam,
dices 'heu' quotiens te speculo uideris alterum,
'quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit,
uel cur his animis incolumes non redeunt genae?'

XI

Est mihi nonum superantis annum
plenus Albani cadus; est in horto,
Phylli, nectendis apium coronis;
  est hederae uis
multa, qua crinis religata fulges;
ridet argento domus; ara castis
uincta uerbenis auet immolato
  spargier agno;
cuncta festinat manus, huc et illuc

TESTIMONIA.

Diomed. 527. praem. 'quarto . . . libro semel, ita' Victorinus de metr. Hor. 2617 3 cf. Prudent. peristeph. III 151 sq. 'crinis odorus ut in iugulos fluxerat inuolitans umeris'

III 11. 1 praem. 'undecima ode' Diomed. 527 6 'ridet—domus' Seruii Leidensis ad ecl. 4, 20 6 sq. 'ara—uerbenis' mythographus III tract. 11, 1 ap. Mai auct. class. III 250

VARIA LECTIO.

muneribus *γ* potes *B* 2 pluma] bruma *Bentl.* ruga *Marklandus* poena *Withofius* 3 umeris *B* huneris *u* humeris *cett.* 5 li-g≚rinñ *π* ligurinum *cett.* Ligurine *Bentl.* uerterit in faciem hispidam *Fπuχ* 6 quoties *γ*1 in speculo *ABλχ*(*g*) [2 *Bland.*] *Bentl. opp. G Ac.* 8 incolumis *B*

IIII 11. AD PHILLIDAM (PHYLLĀ *B* FILLIDEN *γ̇*) DE DIE NATALIS SVI SIMVL ET MECENATIS (MECEN: *Aλ*) QVI ERAT IDIBVS APRILIBVS. EROTICE TETRACOLOS *ABγλ* AD PHILLIDAM DE DIE NATALI MECENATIS *F* 1 ·st *γ* michi *u* nouum *γ*1*χ* 2 inorto *γλ* 3 Philli *γπu* 4 aedere *λ*1, *alt. m. add. h* *uu.* 5—12 *del. Peerlk.* 5 crines *Fπu* 6 domos *A* 7 habet *Fλ*1*π*1*χ* inmolato *FAc.* 8 Spargit *πpr.*

cursitant mixtae pueris puellae;
sordidum flammae trepidant rotantes
  uertice fumum.
ut tamen noris quibus aduoceris
gaudiis: Idus tibi sunt agendae,
qui dies mensem Veneris marinae
  findit Aprilem,
iure sollemnis mihi sanctiorque
paene natali proprio, quod ex hac
luce Maecenas meus affluentis
  ordinat annos.
Telephum, quem tu petis, occupauit
non tuae sortis iuuenem puella
diues et lasciua tenetque grata
  compede uinctum.
terret ambustus Phaethon auaras
spes, et exemplum graue praebet ales
Pegasus terrenum equitem grauatus
  Bellerophontem,
semper ut te digna sequare et ultra
quam licet sperare nefas putando
disparem uites. age iam meorum
  finis amorum
(non enim posthac alia calebo
femina), condisce modos, amanda

VARIA LECTIO.

10 *incipit* ε 11 crepitant *y* (*Gothan. I*) *Bentl.* rotantis *λ* 13 *redit τ* 15 Qui dies *euan.* ε messem ε mensis *π*1 16 Findit *euan.* ε 17 Iure *euan.* ε solemnis *A*1*τ* sollēnis *B* sollennis *u* 18 Pene *ABλu* Poene *τ* *euan.* ε quo *π*1 19 Luce mae *euan.* ε mecenas *AFγλτu* affluentes *γεu* adfluentes *F* 20 Ordinat ε 21 Tel hum *euan.* ε 22 Non t: sor:]::n tuc::ortis ε iuuenem] uiuentem ε 23 Diues et las]:::es&::sciua ε 24 Conpede *γλu Pph.* ::ompede:: ε uictum *A*1*Bελ*1*πpr.* 25 Terret]:::ct ε pheton *Aτ* phoeton *γεπφu* phoēton *B* phoethon *ψ* 26 Spes et exe *euan.* ε prebet *Fγ* 27 Peg:::errenum ε ≡ grauatur ε 28 Bellerofontem *A* Bellorophontem *Fγεπτ Ac.* Bellorofontem *Bλu* 29 ut te] uitę *γ* sequare[s] & *π* 31 Dispare ε 33 celæbo ε

uoce quos reddas: minuentur atrae
  carmine curae.

XII

Iam ueris comites, quae mare temperant,
impellunt animae lintea Thraciae;
iam nec prata rigent, nec fluuii strepunt
  hiberna niue turgidi.
nidum ponit Ityn flebiliter gemens
infelix auis et Cecropiae domus
aeternum obprobrium, quod male barbaras
  regum est ulta libidines.
dicunt in tenero gramine pinguium
custodes ouium carmina fistula
delectantque deum, cui pecus et nigri
  colles Arcadiae placent.
adduxere sitim tempora, Vergili.
sed pressum Calibus ducere Liberum
si gestis, iuuenum nobilium cliens,
  nardo uina merebere.

TESTIMONIA.

35 sq. cf. Nemesian. eclog. 4, 19: 'cantet, amat quod quisque: leuant et carmina curas'

IIII 12. 1 praem. 'duodecima ode' Diomed. 527 2 Seru. ad Aen. I 57. VIII 403 schol. Pers. 1, 14

VARIA LECTIO.

minuuntur $u_2\chi$(ϱ_2 *cod. Bersmanni*) *opp. Ac.* 36 *om. A_1, add. alt. m.*

IIII 12. VERIS DESCRIPTIO (DESCRITIO *λ*) EST AD VIRGILIVM QVOD TEMPVS MORTALIBVS (IN MORT: *ABγ*) EST (SIT *B*) GRATISSIMVM (CRATISSIMV̄ *λ*). PARAENETICE (PARAENTICE *B* PARANETICE *γλ*) TETRACOLOS *ABγλ* AD VIRGILIVM QVENDAM VNGVENTARIVM *F* *inscr. om. ετ* 1 · am *γ* qui *π* (*sed* i *in ras.*) 2 Inpellunt *Fτ* animę π_1 niueę π_2 linthea *λa.ras.* traciae *B* trhaciae *u* 3 Iam non prata *ε* fluuiis trepunt *τ* fluui *Bπ* 5 ityn *ABγ Pph.* itin *Ac.* ithyn *λ* itys *F* hithis *ετ* ythi*n* *u* ythin *πa.ras.* ythis *πp.ras.* 6 caecropiae *ε* cecropeae *γ* cicropiae *u* 7 obp͏̍ū *B* quo*d* *ε* quae *y* 8 Regnū *B* 9 in t:] integro *τ* 11 Delectante $\pi u \varphi_2$ Delectantem $\tau\varphi_1$ Delectant*que* *ψ* Delectant~~que~~ *λ* nigrae *y* 12 archadiae *Fγετu* 13 uirgili *Fγελπτu* 14 Set γ_1 15 clyens *τ* 16 bina *B* mereberis *Fπτuλuar.*

nardi paruos onyx eliciet cadum,
qui nunc Sulpiciis accubat horreis,
spes donare nouas largus amaraque
curarum eluere efficax.
ad quae si properas gaudia, cum tua
uelox merce ueni; non ego te meis
inmunem meditor tinguere poculis,
plena diues ut in domo.
uerum pone moras et studium lucri,
nigrorumque memor, dum licet, ignium
misce stultitiam consiliis breuem:
dulce est desipere in loco.

XIII

Audiuere, Lyce, di mea uota, di
audiuere, Lyce: fis anus, et tamen
uis formosa uideri,
ludisque et bibis impudens,
et cantu tremulo pota Cupidinem

TESTIMONIA.

26 Seru. ad Aen. IIII 384 27 sq. florileg. Paris. 8069 28 Porph. ad epist. I 18, 60

IIII 13. 1 praem. 'tertia decima ode' Diomed. 527

VARIA LECTIO.

χ(αδμ[*sed* merebere *μuar.*]ϱσ*ẑsv*)*Ac.alt.loc.opp. G Acr.alt.l.* ('Merebere] *mereberis' Acr.*) *Pph. Bentl.* 17 paruus *Ω* onix *γεπu* elicet *τ* 18 sulpitiis *u* sc̣ulpitiis *γ* suppliciis *τ* orreis *F* 21 Adque *φ* Atque *γ*ı 23 Inmunem *Fγετu* tingere *ABγλuG Ac.* tinguere *Fεπ* *τ'V'* 25 mores *τ* 27 stulticiam *Bετu* 28 in ioco *Porph. ad epist. I 18*

IIII 13. COMPOTEM SE VOTI SVI (VOTI SVI SE *γ*) FACTVM ESSE DICIT (*om. Aγ*) QVOD LYCE (LICE *λ* LICĘ *γ*) ANVS FACTA SIT. PARANETICE (PARENTICE *B*) TETRACOLOS)*ABγλ.* AD LYCEN VETVLAM MERETRICEM *F inscr. om. ετ* (*μεμπτικὴ. παϱαινετικὴ, G*) 1 · udiuere *γ* lice *AFγu expos. metr.* licę *π* di mea — *u.* 2 Lyce *om. B* dii...dii *Aγλτu Diomed.* 2 lice *Ayu* lycę *π* fi sanus *Aιτψ* 3 formonsa *Pph.* formosa *Ω Ac. Acr. sch.λφ* 4 inpudens *Fγελu*

lentum sollicitas. ille uirentis et
doctae psallere Chiae
pulchris excubat in genis.
importunus enim transuolat aridas
quercus et refugit te, quia luridi
dentes te, quia rugae
turpant et capitis niues.
nec Coae referunt iam tibi purpurae
nec cari lapides tempora, quae semel
notis condita fastis
inclusit uolucris dies.
quo fugit uenus heu, quoue color? decens
quo motus? quid habes illius, illius,
quae spirabat amores,
quae me surpuerat mihi,
felix post Cinaram, notaque et artium
gratarum facies? sed Cinarae breuis
annos fata dederunt,
seruatura diu parem
cornicis uetulae temporibus Lycen,
possent ut iuuenes uisere feruidi

TESTIMONIA.

12 'sunt et durae (sc. translationes) i. e. a longinqua similitudine ductae ut capitis niues' Quintilian. instit. VIII 6, 17 16 'Hor. in IIII carm.: inclusit — dies' Prisc. V 18 20 'Hor. in IIII carm.: quae — mihi' Prisc. XVII 18 cf. anthol. Lat. Burm. I p. 687: 'me mihi surripuit contraria flamma sororum'

VARIA LECTIO.

6 uires *ε* uirentes *πι* 7 Docte *γιτ* chie *τ* 8 Pulcris *u* ingeniis *Bτ* 9 Īportunus *B* Inportunus *Fγεπu* 10 Quęrcus *π* refigit *επι* 11 ruge *τ* 13 Nec choę *referunt u* choae *λπu* choe *ετ* 14 cari *Fγεπτu1G' V'χ(βδϱσhnps* kari *μuar.)Ac.Acr.Pph.Bentl.* clari *ABλu2χ(αμgv)[2Bland.]* 15 faustis *λ1* factis *π1φ1* 17 uenus *om. B.* quoque *y* (*Orelli d*) *nec scio an σpr.* color decens?|Quo *τω* 18 illius ~~illius~~ *φ* 19 sperabat *τ* 20 suripuerat *u a.ras.* usurpuerat *B* michi *γu* 21 cynaram *λ* cynaran *A* cyniram *F* cinara *τ* 22 sed c:|Breu: a: f: d: *Fεπτ* set *γ* cinare *ετ* cinirae *F* breues *AFελτu* 24 Seruata[ur] *A* 25 licen *Aγτu* lycem *λ* l[y]icen *ψ* 26 Possint *λφ* ut] ite *ε*

multo non sine risu
dilapsam in cineres facem.

XIIII

Quae cura patrum quaeue Quiritium
plenis honorum muneribus tuas,
Auguste, uirtutes in aeuom
per titulos memoresque fastus
aeternet, o qua sol habitabilis
illustrat oras, maxime principum?
quem legis expertes Latinae
Vindelici didicere nuper,
quid Marte posses. milite nam tuo
Drusus Genaunos, inplacidum genus,
Breunosque uelocis et arces

TESTIMONIA.

IIII 14. 1 praem. 'quarta decima ode' Diomed. 527 13 sq. 'Horatius "maior Neronum" dixit in IIII carm.: deiecit—Neronum' Prisc. XVIII 205

VARIA LECTIO.

27 *h. u. ultimus est in* ε Multi λ_1 28 Dilapsam *Fπτuχ*(*αδgv*) *Acr. Pph.* Delapsam *ABλGχ*(*βϱμσhnps Orelli d*) Delampsam *γ* cinerem *τχ*(δ)*sch.γ i. t. opp. Acr. Pph. Porph. sch.λφ post h. u. in fol.* 181 *ea leguntur, quae descripta uides p.* 184

IIII 14. DE SALVTE (DELVTE *A*) AVGVSTI AIT (DICIT *λ*) ESSE SOLLICITOS PATRES. AD PLEBEM. ENCOMIASTICE TETRACOLOS *ABλ* LAVDES AVGVSTI *F* AD PLEBEM ENCOMIASTICE IN QVA DE SALVTE AVGVSTI AIT ESSE PATRES SOLLICITOS TETRACOLOS *γ inscr. om. τ* 1 ·uę *γ* quiritum *ABγχ* 2 Plen//s *γ* tuis *B om τ.* 3 Augustę *τ* euum *πu* aeuum *cett.* 4 fastos *λpr.uπ*$_2$*χ*(*ϱσs Orelli cd*) *Ac. pr. post u.* 4 *in B reperiuntur quae memorauimus p.* 184; *reliqua om. B fol.* 171 5 Aeterne et o qua *F* Aeternę& o qua *π* Aeternae et qua *τ* sol] lux *Aλ* (*al lib.* sol *λ*) *y opp. sch.λφ i.t.* habitabiles *Fλπτu* 6 Inlustrat *Fπ* horas *Fπτuλ*$_2$ principium *τ* 8 dedicere *A*$_1$*λ uu.* 9—40 *del. Peerlk.* 10 genas unos *λ* geraunos *u* [genaunos 3 *Bland.*] 11 Breunos *AFλπuV*[3 *Bland.*]*χ* ('Breunos] *ipsas* (*ipsius sch.φ*) *gentes' sch.λφ*) Brennos *γτGAcr.sch.γPph.*ς(*αβδ*[*ex sil. Br.*]*μϱσg nps Orelli cd*) uelocis π_1 ueloces *cett.* artes π_1

Alpibus impositas tremendis
deiecit acer plus uice simplici;
maior Neronum mox graue proelium
commisit immanisque Raetos
auspiciis pepulit secundis,
spectandus in certamine Martio
deuota morti pectora liberae
quantis fatigaret ruinis,
indomitas prope qualis undas
exercet Auster, Pleiadum choro
scindente nubes, impiger hostium
uexare turmas et frementem
mittere ecum medios per ignes.
sic tauriformis uoluitur Aufidus,
qui regna Dauni praefluit Apuli,
cum saeuit horrendamque cultis
diluuiem meditatur agris,
ut barbarorum Claudius agmina
ferrata uasto diruit impetu,

TESTIMONIA.

20 sq. 'undas—Auster' Porph. ad epod. 9, 31 27 sq. 'Hor.: horrendamque—meditatur agris i. e. infert, exercet. nam in ipsa meditatione exercitium est' Seru. ad georg. III 153. 'meditatur, exercet: sic Hor.: et horridam cultis diluuiem meditatur agris' Seru. ad Aen. IIII 171. 'Oratius carm. lib. IIII: horrendamque cultis diluuiem minatur agris' Nonius p. 138 s. u. diluuium

---

VARIA LECTIO.

12 inpositas *Fγ* 14 p̄lium *Aπ* praelium *λ* prelium *u* 15 Cōmisit *A* Conmisit *u* inmanis *A* imanis *λ* inmanes *F* immanes *γπτu* retos *F* raethos *λ* rhetos *πτ* roethus *u* 16 Auspitiis *Aγ* repulit *y* (*Gothan. I et Pulmanni H*) reppulit *χ*(σι) redit *τ* 18 libere *φ* 19 fatigarat *Fχ*(αβσ) 20 Indomitus *τ Bentl.* 21 pliadum *τπ p. ras.* 22 inpiger *F* ampiger *τ* 24 aequū *π* equum *cett.* per enses *Bentl.* *uu.* 25 tauriformis — 29 ut *del. Linkerus.* 26 qua *Bentl.* perfluit *ω* 27 seuit *γπτφu* 28 meditatur *γ Guuar. χ*(αβμϱhnp) *sch. γ Porph. I Seruius* minitatur *AFλ* (*at lib* meditatur *λ*) *πτu V* [3 *Bland.*] *χ*(δσgsvμuar.) *Pph.* minatur *Nonius Gerlachii* 30 Ferrato *γ*

primosque et extremos metendo
strauit humum, sine clade uictor,
te copias, te consilium et tuos
praebente diuos. nam tibi quo die
portus Alexandrea supplex
et uacuam patefecit aulam,
fortuna lustro prospera tertio
belli secundos reddidit exitus,
laudemque et optatum peractis
imperiis decus arrogauit.
te Cantaber non ante domabilis
Medusque et Indus, te profugus Scythes
miratur, o tutela praesens
Italiae dominaeque Romae.
te fontium qui celat origines
Nilusque et Ister, te rapidus Tigris,
te beluosus qui remotis
obstrepit Oceanus Britannis,
te non pauentis funera Galliae
duraeque tellus audit Hiberiae,
te caede gaudentes Sygambri
compositis uenerantur armis.

TESTIMONIA.

34—36 '. . . tamen et Alexandrea dicitur. Hor. in IIII carm.: nam — aulam' Prisc. II 47   40 cf. Phocas de historia uu. 22—24 [Wernsd. III 412]: '. . . perenne Romulae uoci decus arrogauit carmine sacro'

VARIA LECTIO.

31 et *om.* τ 32 humi $\pi_2\omega$ 34 Prebente $AF\gamma\tau u_2$ Prebere u_1 nan tibi A_1 35 alexandre A_1 alexandrea *Fγπa.ras.*$A_2\chi(\beta_1\delta gn)$ *Priscianus* alexandri τ alexandria *λuπcorr.ςPph.sch.λφ i. t.* '*alexandriam*' *Acr.sch.γ Porph. i. t.*   suppllex *u*   36 patefacit *A*   37 tercio *u*   39 *op*tatū *φ*   40 adrogauit *Fλ* abrogauit *π*   42 scithes *AFλu* scytes *τ*   43 presens *Au*   44 domine *τ*   45 caelat *Fπ*   46 te rap: t:] rapidusq: tigris $u_1\chi$ tygris *Fγ*   48 brittannis $A\gamma\lambda_1 uu$. 49—52 *sic dispositi sunt in u:* 51. 52. 50. 49.   49 pauentis *Fλτu* A_2*πcorr.ςAc.sch.γ* pauentes $A_1\gamma\pi$ *pr.χ(spr.) Pph. Porph. Bentl.*   50 Dure *γ*   51 cede *AFλπτu* cedę *γ*   sycambri $F\pi A_2$ sicambri *τu*   52 Conpositis *λu*

XV

Phoebus uolentem proelia me loqui
uictas et urbes increpuit lyra,
  ne parua Tyrrhenum per aequor
    uela darem. tua, Caesar, aetas
fruges et agris rettulit uberes,
et signa nostro restituit Ioui
  derepta Parthorum superbis
    postibus, et uacuum duellis
Ianum Quirini clausit et ordinem
rectum euaganti frena licentiae
  iniecit emouitque culpas
    et ueteres reuocauit artes,
per quas Latinum nomen et Italae
creuere uires famaque et imperi
  porrecta maiestas ad ortus
    solis ab Hesperio cubili,
custode rerum Caesare non furor

VARIA LECTIO.

IIII 15. AD DIVVM AVGVSTVM *Fγλ*, *add.* TETRACOLOS *γλ* (*consent. πuς*) '*Haec Ode inuenitur in codic. manuscrip. adhaerere praecedenti indiuisa*' *Cr. idem repperimus in A neque alia de causa in B totum hoc carmen deest. In A inter hanc oden et XIIII nulla uacua linea intercedit: ceterum iam qui codicem scripsit in initio uocis Phębus uncialem litteram posuit maiorem et in margine adscripta uidimus:* AD AVGVSTVM TETRACOLOS. '*Quidam separant hanc oden a superiore, sed potest illi iungi, quoniam et hic laudes dicuntur Augusti*' *Porph. sch.γ cons. sch. Argentor. II* 1 Phębus *Au* ·hoebus *γ* Phebus *τ* p̄lia *Aπu* 2 lira *Aγu* 3 tyrrenum *λ* tirrhenum *A* thirrenū *τ* tirrenum *u* equor *πτu* 4 daremus *τ* cesar *A* 5 rettulit *Aπχ* (*hp*) *Ac.* re tulit *φ* retulit *cett.* 7 D*i*repta *u* Direpta *cett. G* [1 *Bland.*] Derepta *y* [2 *Bland.*] 9 Ianuū *τ* Quirinum *Passeratius et I. Fr. Gronovius* 10 euaganti *A1γπτGχ*(*vpr.*)*Pph.cons.sch.γ* et uaganti *FλuA2 ς* (łiuo) emouit] dimouit *π1τχ*(*ασs Pulmanni H.*) [1 *Bland.*] domuit *uχ*(*v*) amouit *A2y* *emouit χ*(*μ*) [emouit 2 *Bland.*] culpas] nefas *u1* 12 et] In *A1* 13 P////quas *π* italię *π1τ* itali *λ1* 14 imperii *AFλπτu* 15 Porrectaq. *τ* ortum *τχ*(*σ*) *opp. G* [1 *Bland.*] 17 cesare *Aτ*

civilis aut uis eximet otium,
  non ira, quae procudit enses
    et miseras inimicat urbes.
non qui profundum Danuuium bibunt
edicta rumpent Iulia, non Getae,
  non Seres infidiue Persae,
    non Tanain prope flumen orti.
nosque et profestis lucibus et sacris
inter iocosi munera Liberi,
  cum prole matronisque nostris
    rite deos prius adprecati,
uirtute functos more patrum duces
Lydis remixto carmine tibiis
  Troiamque et Anchisen et almae
    progeniem Veneris canemus.

VARIA LECTIO.

18 aut tuis existimet otium *τ* exiget *λ1π Ac. Pph. Porph.* exigit *Aχ(δ2 uar.* eximet *FγuG*ς[2 *Bland.*] [exegit 1 *Bland.*] 19 iraq. quę *τ* que *γ* *uu.* 21—24 *del. Peerlk.* 21 danuuium *A1* dan//ubium *γ* danubium *cett. A2* 22 Etdicta *γ* Et dicta *τ cons. sch.γ non Ac. Acr.* rumperīt *γ* iulię *A1* gętę *π* 23 infidiue *FπGλp.ras.χ(δϱσhsv) Ac.* inuidiue *τ* infidique *Aγλ1uχ(αβμgnp)* 24 Nontana inppe *τ* tanaim *λπ2* 25 et *om. Aλ* 28 ap̄eccati *A* apprecati *λu* 30 Lydiis *Fλ* Lidiis *πτu* remixto]////mixto *λu* tybiis *γ* 31 anchisem *λ1u*

Q. HORATI (HORATII *B*) FLACCI CARMINV̄ LIB̄ ·IIII· EXPLICIT. INCIPIT EPODON FELICITER *AB* (*in B post c.* IIII 14, 4) *consent. μϱσns* Q. (*om. φ*) HORATII FLACCI CARMINVM LIB̄ ·IIII· EXPLICIT. INCIPIT EIVSDEM (*om. γφ*) DE ARTE POETICA. (*haec om. τ*) ... Q. (*om. φ*) HORATII FLACCI (FLACCHI *τ* FLACCII *λ* F. HORATII *φ*) DE ARTE POETICA (LIBER *add. φ*) EXPLICIT. INCIPIT EIVSDEM (*om. γ τφ*) EPODON (EPPODON *γ*) *Fγλτ. consent. αβδπhqu* Q. HORATII FLACCI CARM̄ LIƀ ·IIII· EXPLĪ INCIP̄ LIƀ ·V· EPODON *B post c.* IIII 13, 28 *librum epodon post carmen saeculare exhibet v*

Q. HORATI FLACCI

E P O D O N

LIBER

I

Ibis Liburnis inter alta nauium,
  amice, propugnacula,
paratus omne Caesaris periculum
  subire, Maecenas, tuo.
quid nos, quibus te uita *si superstite
  iucunda, si contra, grauis?
utrumne iussi persequemur otium,
  non dulce, ni tecum simul,
an hunc laborem, mente laturi decet
  qua ferre non mollis uiros?

TESTIMONIA.

Epodon liber. 'liber quintus qui epodon inscribitur' Diomed. 527 Victorin. 2618 cons. Acr. sch.γ Porph.

Epod. 1. 1 sq. Terentianus p. 2438 Victorin. 2618 sq. 2621 Fortunatianus 2705 1 Diomed. 515 Plotius 4, 18 Isidorus orig. XVIIII 1 Mallius Theodorus 5, 3. 13 praem. 'prima ode' Diomed. 528 'ibis Liburnis' Diomed. 509 3 Victorin. 2506 4 Victorin. 2585

VARIA LECTIO.

Epod. 1. AD MAECENATEM (MEC: *Aγτ*) *ABγτ*, *inscr. om. Fλ*. '*Odarum nomen ad ἐπῳδοὺς fere singulas in iis (i. e. Bland. codd.) omissum' Cr. item cod. π in epodon libro titulis caret* *uu.* 1 *sq. bis posuit B* 3 cesaris *τ* Caesari *πp.ras.Botheus et Peerlk.* 4 mecenas *Fλτ* mecęnas *π* o mecenas $u\lambda_2$ tui *Wakefieldus opp. sch.γλφ* 5 sit *ω Meinekius Herbstius* si *ABFλτuχ*(*δμϱgs corr.v*) *Ac.Porph.sch.γλφ om.γπχ* (*αβσhnps pr.*) sic *ω* si est *Ritterus* 6 Iocunda *τuχ* 7 prosequemur $\gamma_2\chi$(*ϱυι*?) 9 A*n*////hunc *γ* Adhuc *B* Anhuc λ_1 10 Qua *ABγτG*λ_2(a *in rasura*)

feremus et te uel per Alpium iuga,
  inhospitalem et Caucasum,
uel Occidentis usque ad ultimum sinum
  forti sequemur pectore.
roges, tuum labore quid iuuem meo
  inbellis ac firmus parum?
comes minore sum futurus in metu,
  qui maior absentis habet;
ut assidens implumibus pullis auis
  serpentium allapsus timet
magis relictis, non, ut adsit, auxili
  latura plus praesentibus.
libenter hoc et omne militabitur
  bellum in tuae spem gratiae,
non ut iuuencis illigata pluribus
  aratra nitantur meis,
pecusue Calabris ante sidus feruidum
  Lucana mutet pascuis,
nec ut superni uilla candens Tusculi

TESTIMONIA.

12 cf. Senec. Med. 43: 'inhospitalem Caucasum mente indue'

VARIA LECTIO.

Pph.comm. Quem *Fuγuar.πp.ras.etcorr.χ(βϱnsvOrelli cd)ω* Quę *πa. ras. et corr.* mollis *πPph.* molles *cett.* 15 labore *Glareanus* laborem *Ωsch.γ* iuues *Bλpr.* 16 Inbe////llis *γ* Ībellis *B* Imbellis *Aλ* firmum *γ* 17 sim *N. Heinsius, Bentl.* immetu *π* 18 absentes *Fγλτu* *uu.* 19—9, 36 *desunt τ* *uu.* 19—22 *del. Peerlk.* 19 adsidens *FAc. Pph.* implumibus *Aπ* inplumibus *FγλuAc.Pph.* īplumibus *B* 20 adlapsus *Fuλ2Ac.* alapsus *γ* allapsu us *B* 21 ut adsit *AλGχ(δ)*[3 *Bland.*] *Porph.comm.Cr.* ut assit *Bγχ(σghnβcorr.)sch.γ* ut sit *Fπuχ(αβpr.μϱpv)* (ut non sit *s*) uti sit *y* (*Pulmanni H*) [1 *Bland.*]: *quae lectio propter nimiam uocalis I frequentiam improbanda esse uideatur: ceterum eam praetulerunt Bentl. Hauptius Meinekius Paulyus Linkerus alii* auxili *χ* auxilii *Ω* 22 presentibus *γu* 25 inligata *π* 26 mea *π2χ(qv)opp. sch.λφ* 27 Pe//cusue *γ* 28 pascuis *FγπuGV*[4*Bland.*]*ςPph.Bentl.* pascua *Aλχ(αμ* [*sed* pascuis *μuar.*] *ϱ)comm.* pascula *B* 29 Neque *ABλpr.* Nec *Fγπuλcorr.Ac.* supernę *γ* superne *πχ(p1)* (*sch.λφ*: superni] *quia in monte sita est*) superni *cett. γuar. Acr.* supini *Bentl.* tangens *F* cadens *λ1y* candens *π* tuscula, *superscr. ut* tusculi *γ*

Circaea tangat moenia.
satis superque me benignitas tua
ditauit: haud parauero
quod aut auarus ut Chremes terra premam,
discinctus aut perdam ut nepos.

II

'Beatus ille qui procul negotiis,
ut prisca gens mortalium,
paterna rura bobus exercet suis
solutus omni fenore,
neque excitatur classico miles truci
nec horret iratum mare,
forumque uitat et superba ciuium
potentiorum limina.

TESTIMONIA.

33 sq. Seruii ad Aen. I 210 libri deteriores 34 schol. Pers. 3, 31 Epod. 2. 1—4 Hildebert. moral. philos. p. 984 1—3 ' . . . bobus pro bouibus. Hor. in epodo: beatus—suis' Prisc. VII 81 1 sq. Isidorus orig. I 38, 24. Victorin. 2527. 2589 1 Augustin. de mus. V 11, 23. Terentianus p. 2435. Victorinus 2524. 2585. Fortunat. 2692. praem. 'secunda' Victorin. de metr. Hor. 2618. praem. 'secunda ode' Diomed. 528 'beatus—procul' Plotius 7, 8 2 Diomed. 510. 511. Victorin. 2619 3 Abbo Floriacensis c. 7 [Mai auct. class. V 336] Victorin. 174 G. cf. Fortunat. I 3, 3 'nec exc: cl: truci miles' 7 sq. cf. Senec. epist. 68 (7, 6) § 10: 'pulsare superbas potentiorum fores' 8 Porph. ad c. I 35, 22 cf. Martial. XII 18: 'dum per limina te potentiorum etc.' Columell. de re rust. I 1: 'an honestius dixerim mercennarii salutatoris mendacissimum aucupium circumuolitantis limina potentiorum?' Claudian. in pr. cons. Stilich. I 42: 'nullis haerere potentum liminibus'

VARIA LECTIO.

30 Circaea *χ(σ)* Circea *Ω* mẹnia *A* 32 haud *AFγλπu* haut B 33 cremes *γ* 34 Discintus *A* ut nepos *FγπςPph.Seru.Bentl.* nepos *ABλuχ(σ) sch. Pers.*

Epod. 2. VITAM AGRICOLARVM SVMMA TRANQVILLITATE (TRAMQV: *λ*) RERVM EXORNATAM (EXORNATV̄ *λ*) PROSEQVITVR *ABλ* *add. λ*: LAVDACIO VITE RVSTICE LAVDATIO VITAE RVSTICAE (RVSTICE *F*)*Fγ*, *add. γ*: EXORNATẸ SVMMA TRANQVILLITATE RERVM *γ* 1 negotio *Augustinus* 3 bubus *Aπιuιχ(npr.σ)* exarat *Abbo* 4 fẹnore *AB* foenore *Fγπ* 5 [*'codd. Bland. bis habent*, naque' *Cr.*] ⁋ ut miles *χ(μϱ* 6 Neque *ABλu* Nec *FγπGBentl.* orret *F* 7 superbia *B*

ergo aut adulta uitium propagine
altas maritat populos,
aut in reducta ualle mugientium
prospectat errantis greges,
inutilisque falce ramos amputans
feliciores inserit,
aut pressa puris mella condit amphoris,
aut tondet infirmas ouis:
uel cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus aruis extulit,
ut gaudet insitiua decerpens pira,
certantem et uuam purpurae,
qua muneretur te, Priape, et te, pater
Siluane, tutor finium.
libet iacere modo sub antiqua ilice,
modo in tenaci gramine.
labuntur altis interim ripis aquae,
queruntur in siluis aues,

TESTIMONIA.

10 Fortunat. 2682 Eutych. 2185 21 'munero, sed Hor.: muneretur te Priape' Diomed. 382

VARIA LECTIO.

9 aut] ut $\gamma_1\chi$(*p*) adultae u: propagini *Botheus* 10 Altos *B* *uu.* 11 *sqq. sic disposuit Fabricius* 13. 14, 11. 12 *sequens cod. Altorf.*(?) 12 errantes *γu* 13 Inutilesque *AFγu* Inuictusq; *π* inutilisue *Bentl.* amputantes *B* amputas *γ* 16 oues *ABγλu* 17 decoris u_1 militibus *B* capud *u* 18 Autunpnus *u* aruis extulit *γGχ* (*βμ uar.*) uuis (*pro* aruis?) extulit *π* agris extulit *ABλV* [4 **Bland.**] *χ* (*δσghns*) a. ext. *Pph.* agnis ext. *Ac.* extulit agris *Fχ*(*αμϱpv*) agris *extulit u* 19 Aut *χ*(*s*)*y* Et π_2 gaudens $F\pi_1$ decerpit *πuar.* 20 purpura *V* [4 **codd. Cr.**] *opp. Ac.* 21 Quis *Cuninghamus* muneret *Fχ*(*ϱp*), *cf. Diomed. loc. supra citat.* 23 *nouum epodum incipiunt Aγλ Acr. χ*(*βμϱghn*). INTRODVCIT QVENDAM FENERATOREM LOQVENTEM ET (*om. λ*) LAVDANTEM (*om. λ*) VITAM (*om. λ*) QVIETẼ (*om. λ*) ET NON TAMEN SVVM PROPOSITVM (EST *add. A*) DESERENTEM *Aλ* [*sim.* 2 **Bland**]. *inter u.* 22 *et* 23 *linea uacua γ. nulla interruptio in BFπuχ*(*αδσpsv*)*sch. γ Porph. sed ad marginem ψ eadem exhibet quae λ* 25 ripis $A\gamma\lambda\pi_1 G B_2 \chi$(*βσgnsv uar.*) *Bentl.* riuis B_1Fu '*V*'*χ* //riuis *π uid. mus. Rhen.* 1863, 283 *sq.* 26 Queruntur *Aπψ* auis *B*

*frondesque lymphis obstrepunt manantibus,
somnos quod inuitet leuis.
at cum tonantis annus hibernus Iouis
imbres niuesque comparat,
aut trudit acris hinc et hinc multa cane
apros in obstantis plagas,
aut amite leui rara tendit retia,
turdis edacibus dolos,
pauidumque leporem et aduenam laqueo gruem
iucunda captat praemia.
quis non malarum, quas amor curas habet,
haec inter obliuiscitur?
quodsi pudica mulier in partem iuuet
domum atque dulcis liberos,
Sabina qualis aut perusta solibus
pernicis uxor Apuli,
sacrum uetustis extruat lignis focum
lassi sub aduentum uiri,
claudensque textis cratibus laetum pecus
distenta siccet ubera,
et horna dulci uina promens dolio

TESTIMONIA.

28 cf. Stat. silu. I 3, 4 'teneros inuitant murmura somnos' 31 sq. 'uenor multis canibus et multo cane, ut Hor.: aut trudit — plagas' Seru. ad Aen. I 378 33 sq. cf. Martial. III 58, 26: 'sed tendit auidis rete subdolum turdis' 34 Victorinus 2585 Fortunat. 2680 35 Fortunat. 2693

VARIA LECTIO.

27 Fontes *ΩPorph.sch.γλφ* frondes *Marklandus prob. Peerlk. uid. mus. Rhen.* 1863, 284 limphis *Au* lynphis *γ* lyphis λ_1 mantibus *B* 28 Sonnos *u* leues *ABFλu* 29 Aut *Buχ* hiberni *B* 31 hinc acris *Seruius Dan.* acres *Fu* agris *λ* multo *Seruius Dan. π uar. s corr.* 32 obstantes *Fu* 33 amitę *π* rara tetendit *F* 35 pauidumue *Bentl.* laqueo]//////*φ* 36 Iocunda *u* premia *γλu* *uu.* 37—70 *om. B* *uu.* 37. 38 *del. Peerlk.* 37 malorum *χ(β pr.)ω* 39 quid si *ω Hauptius* inparte *A Ac.* dulces *γu* 42 Sacrum et uetustis *y* [*cod. Siluius*] sacrumque uetustis *Lambinus* 47 orna *Fλπu*

dapes inemptas apparet:
non me Lucrina iuuerint conchylia
magisue rhombus aut scari,
si quos Eois intonata fluctibus
hiemps ad hoc uertat mare;
non Afra auis descendat in uentrem meum,
non attagen Ionicus
iucundior, quam lecta de pinguissimis
oliua ramis arborum,
aut herba lapathi prata amantis et graui
maluae salubres corpori,
uel agna festis caesa Terminalibus
uel baedus ereptus lupo.
has inter epulas ut iuuat pastas ouis
uidere properantis domum,
uidere fessos uomerem inuersum boues
collo trahentis languido,
positosque uernas, ditis examen domus,
circum renidentis lares.'
haec ubi locutus fenerator Alfius,
iam iam futurus rusticus,

TESTIMONIA.

48 'hortorum . . . aeque curam suscipere debebit, ut et quotidiani uictus sui leuet sumptum et aduenienti domino praebeat, quod ait poeta, inemptas ruris dapes' Columella de re rustic. XI 3 49—52 Priscian. VIIII 37 XI 34 63 sq. Seru. ad ecl. 2, 66

VARIA LECTIO.

49 non me] Nonne *u* conchilia *Au* 50 rombus *Fγλ* scauri *λa.ras.uπ2χ* *uu.* 51. 52 *del. Peerlk.* 52 Hiems *A* uertit *aliquot codd. Prisciani.* uerrat *N. Heinsius* 54 atagen *πu* 55 Iocundior *u* lecta de pinguissimis] lẹta deposcimus *A, corr. alt. m.* 57 lapati *u* laphati *Fγπ* 59 cesa *γu* 60 hedus *AFπu* edus *γ* hereptus *A* 61 ẹpulas *F* aepulas *λ* ut] et *γ* oues *AFγπu* 62 properantis *π* properantes *cett.* domum properantes *u* 64 trahentis *χ(μϱ)* trahentes *Ω* 66 renidentis *πχ(μϱ)* renidentes *cett.* 67 foenerator *γ* alpheus *uχ(ϱ)* Alphius *Peerlk. citato Wesseling. de Iud. arch. pag.* 89

omnem redegit Idibus pecuniam,
  quaerit Kalendis ponere.

III

Parentis olim si quis impia manu
  senile guttur fregerit,
edit cicutis alium nocentius.
  o dura messorum ilia!
quid hoc ueneni saeuit in praecordiis?
  num uiperinus his cruor
incoctus herbis me fefellit, an malas
  Canidia tractauit dapes?
ut Argonautas praeter omnis candidum
  Medea mirata est ducem,
ignota tauris illigaturum iuga
  perunxit hoc Iasonem;
hoc delibutis ulta donis paelicem

TESTIMONIA.

Epod. 3. 1 praem. 'tertia ode (om. Victor.)' Diomed. 528 Victorin. de metr. Hor. 2618 5 cf. Petron. sat. c. 17: 'maior enim in praecordiis dolor saeuit'

VARIA LECTIO.

69 relegit *λ corr. χ(βδμϱnpsv Orelli cd)* redegit *cett. G V* [4 *Bland.*] *Ac. Pph. sch. γ* 70 Querit *Au* calendis *Fπ*

Epod. 3. EXECRATVR QVOD APVD MAECENATEM (MECENATEM *Aλ*) ALIVM (ALLIV̄ *λ*) EDERAT ET AESTV (ESTV *Aλ*) TORQVEBATVR (TORQVEBETVR *λ*) *ABλ, in B add. alt. m.* DE ALLIO HERBA NOCENTIORE CICVTIS AD MECENATEM TERNARIVS IAMBICVS BINARIVS IAMBICVS EPODICVS *Fλ* (*in λ hic tit. post illum*) AD MECENATEM TERNARIVS IAMBICVS EXECRATVR QVOD APVD MECENATEM ALLIVM COMEDERAT ET ESTV TORQVEBATVR *γ* AD AVGVSTINVM MECENATEM *χ(p, Oberlini B)* 1 olim *om. γ* 3 Edat *uπ2χω*[edit 4 *codd. Bland.*] allium *γλuGBcorr.π2ψ2χ(βμϱσnpsv) sch. γ opp. Ac. Pph.* 5 seuit *u* precordiis *AFγu* 7 an malas *om. B* 8 tentauit (*teste Torrentio*) *y uu.* 9—22 *om. B* 9 preter *Aγ* omnis *πχ(αδμϱ)* omnes *cett.* 10 est]//// *π* 13 pelicem *Aγλπu*

serpente fugit alite.
nec tantus umquam siderum insedit uapor
siticulosae Apuliae,
nec munus umeris efficacis Herculis
inarsit aestuosius.
at si quid umquam tale concupiueris,
iocose Maecenas, precor
manum puella sauio opponat tuo,
extrema et in sponda cubet.

IIII

Lupis et agnis quanta sortito optigit,
tecum mihi discordia est,
Hibericis peruste funibus latus
et crura dura compede.
licet superbus ambules pecunia,
fortuna non mutat genus.
uidesne, sacram metiente te uiam

TESTIMONIA.

21 sq. Porph. ad epod. 14, 13

Epod. 4. 1 praem. 'quarta ode' Diomed. 528 8 'arta toga, quae bis ulnarum (sic) non sit ut in epodis dixit' Porph. ad epist. I 18, 30

VARIA LECTIO.

16 Apuliae] Dauniae *Heimsoethius* 17 herculis efficacis humeris *u* umeris *Pph.* humeris *Ω* 18 estuosius *u* 19 Aut *u* Quod *χ(σ)* 20 iocosa *Marklandus opp. Porph sch.γλφ* mecenas *Ω* 21 suauio *χ(σsv)yω Acr. cf. Prisciani inst.* XIII 1, 2. [sauio *codd. Bland.*] obponat *Porph. ad ep.* 14. conponat *u*

Epod. 4. AD SEXTVM MENAM LIBERTINVM. VEDIVM RVFVM EX SERVITVTE MIRATVR VSVRPASSE EQVESTREM DIGNITATEM VSQVE AD TRIBVNATVM MILITVM *ABλ(u,cons.n) post* TRIBVN: *add. χ(h)*: IN SEXTV̄ POMPEIV̄ SEX. LIB. MENÃ IAMBICEI IN SEXTVM POMPEIVM LIBERTVM *Fγχ(α)* IN MENAM SEXTI POMPEI LIBERTVM *χ(δ cons.s)* 1 obtigit *Fπu exp. metr. Pph. Diomed.* obtegit *B* 4 cōpede *ABπ* 5 peccunia *u* 7 mentiente *π* mertiente *B*

cum bis trium ulnarum toga,
ut ora uertat huc et huc euntium
liberrima indignatio?
'sectus flagellis hic triumuiralibus
praeconis ad fastidium
arat Falerni mille fundi iugera,
et Appiam mannis terit
sedilibusque magnus in primis eques
Othone contempto sedet.
quid attinet tot ora nauium graui
rostrata duci pondere
contra latrones atque seruilem manum,
hoc, hoc tribuno militum?'

V

'At o deorum quicquid in caelo regit
terras et humanum genus,
quid iste fert tumultus, et quid omnium
uoltus in unum me truces?

TESTIMONIA.

Epod. 5. 1 sq. Seru. ad Aen. VII 363 VIIII 582 Donatus ad Terent. Andr. IIII 1, 43. praem. 'Hor. in epodo' Prisc. XVII 171 1 Seru. ad Aen. VIIII 144. praem. 'quinta ode' Diomed. 528

VARIA LECTIO.

8 trium χ(α2) *Barthius, Bentl. cons. Acr. sch.γ* ter *Ω Ac.* uinarum *B* 11 trium iuralibus *A* 12 Preconis *Fγu* 14 teret *B* 15 eques] et eques *Aλ* 16 Ottone *u* contenpto *u* contēpto *Fπ* 17 ora] aera *Bentl.* 19 latranes *γ*

Epod. 5. PVERVM PRAETEXTATVM (PRET: *γ* PRETEXATV *λ*) DEFOSSVM INDVCIT A (AD *γ*) CANIDIA QVO NECATO (NEGATO *AB*) ALFIO (ALPIIIO *B euan. λ*) VARO (*euan. λ*) DARET POTIONEM (POTIONE *λ*) DELINIMENTORVM (DELIRAMENTORVM *γ*) *ABγλ, add. λ quae legimus in F* IN GRATIDIAM CONVERSO NOMINE TFRNARIVS IAMBICVS BINARIVS IAMBICVS EPODICVS *F* 1 quidquid *π*ι*Pph. Diomed.* quisquis *Donati edit.* celo *u* regis *Fλ pr.πuχ(βnνμ uar. Orelli d Pulmanni BH) Donati edit. opp. Ac. Pph. Porph. sch.γ* [quicquid regit *codd. Bland.*] 2 terra *γ* 3 et quid *FγπuGV* [*codd. Bland.*]ς aut quid *ABλχ(σg)Pph.ω* 4 Vultus *ABλu*

per liberos te, si uocata partubus
  Lucina ueris adfuit,
per hoc inane purpurae decus precor,
  per improbaturum haec Iouem,
quid ut nouerca me intueris aut uti
  petita ferro belua?'
ut haec trementi questus ore constitit
  insignibus raptis puer,
inpube corpus, quale posset impia
  mollire Thracum pectora,
Canidia, breuibus implicata uiperis
  crines et incomptum caput,
iubet sepulchris caprificos erutas,
  iubet cupressos funebris
et uncta turpis oua ranae sanguine
  plumamque nocturnae strigis
herbasque, quas Iolcos atque Hiberia
  mittit uenenorum ferax,
et ossa ab ore rapta ieiunae canis
  flammis aduri Colchicis.

TESTIMONIA.

11—13 'Hor. in epodo: ut—constitit puer—corpus' Prisc. VI 65 15 'et alibi dictum est, Gratidiam nomine fuisse Neapolitanam unguentariam, quam Canidiam hic appellat et ut ueneficam carpit maxime in epodo carmine' Porph. ad serm. I 8, 25 21 sq. Seru. ad Aen. VIIII 582

VARIA LECTIO.

5 te] ter *χ*(*μ*) 6 affuit *Aγu* 7 purpure *γ* 8 inprobaturum *F* ĩprobaturum *B* 9 aut uti] quam uti *u* aūt ut *A* 11 haec] haec & *Fπ* tremente *Bentl.* 13 Inpube *Fγλπ* Ĩpube *B* Iinpube *Au* posset] solet *B* inpia *λ* 14 trhacum *u* traecū *sch.λ* 15 implicata *γuϛsch.λφ* inplicata *FπAc. Pph.* illigata *ABλχ*(*σg Monac. II Argentor. II*) inligata *Porph.* 16 capud *u* 18 cupressus *Fλπχ Pph., non GAc.* funebres *Fγλπu* 19 cuncta *B* oua ranae] o uarane *A* rane *γ* rana *B* 20 strigis nocturnae *ABλχ*(*σ*) nocturne *γι* 21 iolcos *Seruii Reginensis cons. Porph.* hiolcos *ABγ* hiolchos *χ*(*σ*δ_2 *Pulmanni H*) *sch.γ* [iolchos 4 *Bland.*] colchos *FπuGχAc.* colchos *λ* cholchos *Pph.* colcos *Acr.* atque *Fγπuϛ Ac. Pph.* aut *ABλχ*(*σ*) (et *gpr.*) 23 ieiune *Aγ* leoninę *B* 24 cholchicis *π*

at expedita Sagana per totam domum
  spargens Auernalis aquas
horret capillis ut marinus asperis
  echinus aut currens aper.
abacta nulla Veia conscientia
  ligonibus duris humum
exhauriebat ingemens laboribus,
  quo posset infossus puer
longo die bis terque mutatae dapis
  inemori spectaculo,
cum promineret ore, quantum extant aqua
  suspensa mento corpora:
*exsucta uti medulla et aridum iecur
  amoris esset poculum,
interminato cum semel fixae cibo
  intabuissent pupulae.
non defuisse masculae libidinis
  Ariminensem Foliam

TESTIMONIA.

33 sq. 'idem (=Hor.) in epodo: mutatae—spectaculo' Prisc. VII 41

VARIA LECTIO.

25 Aut *λ* A//t *A* Atq. *u* saga////per *u* 26 auernales *Fγλuπ*2 28 Laurens aper *N. Heinsius Bentl.* 29 ła (=uela) *B*

ualde ri

33 terue *yω* mutate *λ* dapes *F*λ_1 34 Inemoris pectaculo *γ* Inęmori *u, punctis et alt.* ri *altero atramento adscriptis* Īnemori *B* Inmemori *Fπ a.ras.χ* (*sch.F* '*indigno memoria*') *Prisciani unus cod.* memori *Prisciani codd. plerique* expectaculo *ψ* 35 extat *B* 37 *incipit altera manus in γ* Exsecta *Fγ*λ_1*πuGV* [*omn. Bland.*] ς *Ac. sch.γ Pph. schol. ψ* Execta *AB* Exsucta λ_2*χ* (*h Orelli cd*, *Bersmanni unus, Lambini aliquot*, *Batteliani uar. lect.*, *Dessauiensis II* [*Kirchneri nou. quaest. p.* 14] *Gottingensis I* [*Kirchneri nou. quaest. p.* 27]) Exucta *χ* (*sιμ sed uar.* Execta; *codex Diuaei*) Exsucca *y* (*Parisinus* 7977) Exu//ta *y* (*Zulichemianus*) Exuta *y* (*Bersmanni unus*) Exerta *y* (*Bodleiani uar. lect.*), *edit. Locheri, Aldinae* exesa *uel* exesta *N. Heinsius, illud recepit Bentl.* Ex: uti] Exectati *B* 39 fixe *BF* cybo F 40 populae *Bλpr.ψpr.* 41 non] nec *Acronis Guelferbyt.* mascule *A* 42 Arimenensem *AB* Arimi////nensem *λψ* (*aut* ni *aut* mi *erasum est*) Arimensem *γ*

et otiosa credidit Neapolis
  et omne uicinum oppidum,
quae sidera excantata uoce Thessala
  lunamque caelo deripit.
hic inresectum saeua dente liuido
  Canidia rodens pollicem
quid dixit aut quid tacuit? 'o rebus meis
  non infideles arbitrae,
Nox et Diana, quae silentium regis,
  arcana cum fiunt sacra,
nunc, nunc adeste, nunc in hostilis domos
  iram atque numen uertite.
formidulosis cum latent siluis ferae
  dulci sopore languidae,
senem, quod omnes rideant, adulterum
  latrent Suburanae canes
nardo perunctum, quale non perfectius
  meae laborarint manus.
quid accidit? cur dira barbarae minus
  uenena Medeae ualent,
quibus superbam fugit ulta paelicem,
  magni Creontis filiam,

TESTIMONIA.

57. 59 sq. Prisciani codd. O D S r XVII 32. reliqui et optimi codd. Horatianos uersus omittunt: eosque inepto loco insertos esse apparet 57 cf. 'senes quod omnes rideant cunctos canos' Plot. 4, 21

VARIA LECTIO.

45 Que *Aγ1* sydera *γ* thesala *B* 46 celo *u* decelo *φ* diripit *γu1G* [deripit *codd. Bland.*] 47 inresecto *u* seua *u* libido *B* 49 quod tacuit *λ* 50 infidelis *B* 52 Archana *Fγu* 53 hostiles *Fγπu* domus *γ* 54 Arcum *y* 55 Formidulosis *Bπχ(g)* Formidolosis *AFλ1χ(h) Ac. sch.γ* Formidolosae *uGV* [4 *Bland.*] ς Formidolose *γλ2* cum *ABγλ1χ(βδσ) Ac.* dum *Fπuχ* 56 Dulcis opere *B* 57 quod] quo *F* 58 suburbane *Aλ1* (*alt.* b *eras.*) *Ac.* suburbanae *χ(αβv2)* 60 laborarunt *ABλG* (*ex sil. Pulm.*) (laborauerunt *μ*) *opp.'V'Pph. sch.λφ* 61 dira *om. A* barbare *AB* 63 superba *ABγπ Ac. Acr. sch.γ u2χ(ασps Pulmanni B)* superbam *FλuGV* [4 *Bland.*] *χ(βδμghnqv)* pelicem *AFγλπu* 64 filia *π*

cum palla, tabo munus imbutum, nouam
  incendio nuptam abstulit?
atqui nec herba nec latens in asperis
  radix fefellit me locis.
indormit unctis omnium cubilibus
  obliuione paelicum.
a! á! solutus ambulat ueneficae
  scientioris carmine.
non usitatis, Vare, potionibus,
  o multa fleturum caput,
ad me recurres, nec uocata mens tua
  Marsis redibit uocibus.
maius parabo, maius infundam tibi
  fastidienti poculum,
priusque caelum sidet inferius mari
  tellure porrecta super,
quam non amore sic meo flagres uti
  bitumen atris ignibus.'
sub haec puer iam non, ut ante, mollibus
  lenire uerbis impias,
sed dubius unde rumperet silentium
  misit Thyesteas preces:

TESTIMONIA.

69 cf. 'indormis cunctis omnium cubilibus malignis' Plot. 4, 24

VARIA LECTIO.

65 palla^{ta}////bo *F* pallo u_1 pal *λ* imbutum *γ*$_1$*πχsch.λφ* inbutum *FλuχPph.* infectum *ABγ*$_2$*y et haec interpretatio est in sch.γ et Acr.* noua *ABπp.ras.* 68 fefellix *A* *uu.* 69. 70 *del. Peerlk.* 70 pelicum*Fγλπu* Obliuione pelicum aha | Solutus a: *u* 71 A. a. *Aπ Pph.χ om.B*λ_1 Ah ah *F*λ_2*χ* Ah *γχ* aha *u Bentl.* 74 fle//turum *λ* capud *u* 75 menstrua *B* 76 ridibit *A* 79 celum *λu* mare *Fπ* 81 sic flagres meo uti *u* mei *Glareanus, Bentl.* 83 iam *om. γπpr.χ*(*βn*) ut *om. u* 86 thiesteas *AFγλπu* praeces *Aλ* *uu.* 87

'uenena magnum fas nefasque non ualent
  conuertere *humana inuicem.
diris agam uos; dira detestatio
  nulla expiatur uictima.
quin, ubi perire iussus expirauero,
  nocturnus occurram furor,
petamque uoltus umbra curuis unguibus,
  quae uis deorum est Manium,
et inquietis assidens praecordiis
  pauore somnos auferam.
uos turba uicatim hinc et hinc saxis petens
  contundet obscenas anus.
post insepulta membra different lupi
  et Esquilinae alites,
neque hoc parentes, heu mihi superstites,
  effugerit spectaculum.'

TESTIMONIA.

89 sq. 'dira—uictima' Seru. ad Aen. VII 597 92 cf. 'sunt illa uera, quae extremo miseri spiritu dicebantur: dabis mihi, scelerate, poenas: persequar quandoque et occurram' Quintilianus declam. 314 99 'post —differant lupi' Plot. 4, 23

VARIA LECTIO.

88 *del. Peerlk.* 87 magnum *Ω Ac.Pph.Porph.sch.λφ* magica *ω Bentl.* maga non *Hauptius* 88 non uertere *Bentl.* humana inuicem] humanam uicem *Ω Pph. Porph. sch.γ Bentl.* immani uice *Peerlk.; de nostra lectione uide sis mus. Rhen.* 1863, 284 *sq.* 89 detestacio *u* 91 uisus *B* exspirauero *γ* 93 uultus *Ω* 94 quę uis deorum maniū ē *Ac.* 95 Et quietis *A* assident *B* precordiis *γλu* 96 sonnos *u* 98 Contundat *ABλ Pph.* obcenas *λ1* 99 menbra *λu* differrent *γ* deferent *Ac.* 100 aesquilinae *ABFπ* esquilinae *γλu V* [4 *Bland.*] Exquilinae *Fea; sed cf. gymn. Austr. ann.* 1862, 329 102 Effugerit *FγuGπcorr.ς Pph.Porph.sch.λφ* Effugerint *ABλπ a.ras.χ*

VI

Quid immerentis hospites uexas canis
  ignauos aduersum lupos?
quin huc inanis, si potes, uertis minas
  et me remorsurum petis?
nam qualis aut Molossus aut fuluos Laco,
  amica uis pastoribus,
agam per altas aure sublata niues,
  quaecumque praecedet fera.
tu cum timenda uoce complesti nemus,
  proiectum odoraris cibum,
caue, caue: namque in malos asperrimus
  parata tollo cornua,
qualis Lycambae spretus infido gener
  aut acer hostis Bupalo.

TESTIMONIA.

Epod. 6. 1 praem. 'sexta ode' Diomed. 528 10 praem. 'Hor. in epodo' Eutych. 2160 13 sq. cf. Plotius 4, 13 'qualis Lycambe spretus infido gener Bupalo'

VARIA LECTIO.

Epod. 6. MALEDICVM POETAM IN SE IRRITAT MINATVRQVE (MIRATVRQVE *λ*) SI SOLITA RABIE FVERIT ELATVS *ABλ* IN CASSIVM SEVERVM TERNARIVS IAMBICVS (IAMBIVS *F*) BINARIVS IAMBICVS EPODICVS (PODICVS *γ*) *Fγ* AD MEVIVM ALLEGORICE *μ* [*'IN CASSIVM SEVERVM. Iambica Epodos VI ... In inscriptione huius epodi tres codices Blandinii consentiunt, quartus sequitur uulgatam lectionem' Cr.*] 1 immorentis *A* im̄erentes *B* immerentes *Fuπ2 Ac.* inmerentes *γλ exp. metr. Pph. Diomed.* merentes *π1* 2 Ignabus *B* Ignauus *cett.* aduersum *Aγλ π2(π1 eras.) Ac. χ(βδk1ns)* aduersos *B* aduersus *Fuς* 3 inanes *BFu* uertis *AB1γλπ1Gu2χ(σk pr. ns1) sch. γ* [3 *Bland.*] uerte *Fu1 'V' B2π2ς uid. mus. Rhen.* 1863, 283 4 pete *Fu1 V ut uid. π2χ(αδμgpv Pulmanni H)* petes *χ(β)* [petis 3 *Bland.*] 5 molosus *γλuχ* molosos *B* fuluus *Ω* laco *ABγy* [2 *Bland.*] *cf. Prisciani instit.* VI *p.* 220 *sq.* lacon *Fλπuς* 7 *p̱ al*tas *u* 8 Quecumq. *Aλ* precedet *u* praecedat *y* procedet *y* 9 Tuq̧uum (c) *π*, c *ab alt. m.* conplesti *Auχ(μ)* cōplesti *π* complesti *cett. Ac.* 10 cybum *F* 13 licambę *Fπ pr. u* licābae *B* lycambe *γ* sprętus *φ* 14 bubalo *λ corr. π2* pabulo *γ* bupa lo 4 *codd. Cr.*]

an si quis atro dente me petiuerit,
inultus ut flebo puer?

VII

Quo quo scelesti ruitis? aut cur dexteris
aptantur enses conditi?
parumne campis atque Neptuno super
fusum est Latini sanguinis,
non ut superbas inuidae Carthaginis
Romanus arces ureret,
intactus aut Britannus ut descenderet
sacra catenatus uia,
sed ut secundum uota Parthorum sua
urbs haec periret dextera?
neque hic lupis mos nec fuit leonibus
umquam nisi in dispar feris.
furorne caecos an rapit uis acrior
an culpa? responsum date.
tacent, et ora pallor albus inficit

TESTIMONIA.

Epod. 7. 1 praem. 'septima ode' Diomed. 528 3 sq. cf. 'parumne campis atque N: s: fusum dextris' Plot. 4, 27 5—7 cf. 'non—aut Britannicus' Plot. 4, 34. 5 sq. f. 'non ut s: i: Carthaginis arces' Plot. 4, 26.

VARIA LECTIO.

15 a*tro* π me oppetiuerit *F*π1χ *comm. Cr. opp. Ac. sch.*γ

Epod. 7. PRIMO CIVILI BELLO FINITO VT AB ALIO (BELLO *add. B*) ABSTINEATVR (ABSTINEAT *ABλ*) DEPRECATVR (AMONET λ) *ABγλ*,γ *add. quae legimus in F* TERNARIVS IAMBICVS BINARIVS IAMBICVS EPODICVS *F* 1 dextris *ABγλ expos. metr.* 2 Aptant φ1 super] semper *u* 4 Fusūst π1 Fusum est π2 *cett.* 5 inuide *AB* inde π1 carthaginis λ cartaginis *A* kartaginis *BFγπu* 6 urerer *A* uerteret ω 7 brittannus *γλA corr.* 10 dextra *A* 12 Vnquam *Bλ* Nunquam ω (*ed. Ven.* 1490) *Bentl. Hauptius Peerlk. alii* feris] genus *Lambinus* 13 caecos γχ (*g Argentor. II, duo codd. Torrenti et unus regiae societatis Londini*) *Bentl.* cecus πuγuar. caecus *rell. Pph.* 15 albus ora pallor *ABλχ(gk)Ac.Pph.*

mentesque perculsae stupent.
sic est: acerba fata Romanos agunt
scelusque fraternae necis,
ut immerentis fluxit in terram Remi
sacer nepotibus cruor.

VIII

Rogare longo putidam te saeculo
uires quid eneruet meas:
cum sit tibi dens ater et rugis uetus
frontem senectus exaret
hietque turpis inter aridas natis
podex uelut crudae bouis?
sed incitat me pectus et mammae putres,
equina quales ubera,
uenterque mollis et femur tumentibus
exile suris additum.
esto beata, funus atque imagines
ducant triumphales tuum,
nec sit marita, quae rotundioribus

TESTIMONIA.

Epod. 8. 1 praem. 'octaua ode' Diomed. 528 11 sq. schol. Stat. Theb. VI 268 13 sq. schol. Stat. Theb. IIII 207 'quae—baccis'

VARIA LECTIO.

16 percussae *χ(s)y* 17 facta *sch. Stat.* agunt] premunt *sch. Stat.* 18 Scęlus *A* fraterne *Aλ* 19 immerentis *λcorr.* im̄erentis *B* inmerentis *Fγπu* inmerentes *APph.* immerentes *λpr.*

Epod. 8. PROSTITVTAM PVTIDAM ANVM SECTATVR VITIA CORPORIS EIVS PROSCRIBENS *ABλ* PROSTITVDAM PVTIDAM ANVM SECTATVR VITIA CORPORIS EIVS IN GRATIDIAM *γ* IN ANV̄ LIBIDINOSĀ QVĀ ASPERNATVR *F* 1 scło *Fu* seculo *A* 2 quod *Bγχ(α δ2gk)* (qđ *μ*) eneruat *χ(σ)* 3 Cum sit dens ater tibi et *γ* uiętis *π2*, *recte π1* 5 natis *π* nates *cett.* 6 uelud *u* 8 Et quina *γ* qualis *ABλπ̇pr.* 11 fumus *λpr.* 12 triumfales *B* 13 quae r:] quaerunt unionibus *sch.Pers.*

onusta bacis ambulet.
quid quod libelli Stoici inter Sericos
iacere puluillos amant?
inlitterati num minus nerui rigent,
minusue languet fascinum,
quod ut superbo prouoces ab inguine,
ore adlaborandum est tibi?

VIIII

Quando repostum Caecubum ad festas dapes
uictore laetus Caesare
tecum sub alta (sic Ioui gratum) domo,
beate Maecenas, bibam,
sonante mixtum tibiis carmen lyra,
hac Dorium, illis barbarum:

TESTIMONIA.

schol. Pers. 2, 66 sq. 18—20 Plotius 4, 33 19 sq. 'quia ut—tibi' schol. Iuuen. 6, 298

Epod. 9. 1 praem. 'nona ode' Diomed. 528

VARIA LECTIO.

14 baccis *u sch.Pers.* 17 Inliterati *γλψ* Illiterati *B* illiteratis *Guietus Bentl.* num] non *Pph.χ(k uar.)* *u.* 18 *om. B* Minusue *Ω Ac. Pph.* magisue *Guietus Bentl. Broukhusius* *u.* 19 *om. πpr.* quod] quia *sch. Iuu.* superbo prouoces] super uoces *sch. Iuu.* iunguine *B* 20 allaborandum *λ*

Epod. 9. EPODON BELLO ADVERSVS ANTONIVM ET CLEOPATRAN (CLEOPATRÃ *B*) DESIGNAT VOTIS VICTORIAM CAESARIS *ABλ, add. λ*: AD MECENATEM *λ* AD C. (*om. F*) MECENATEM. TERNARIVS IAMBICVS BINARIVS IAMBICVS EPODICVS (BODICOS *γ, rell. om. F*) BELLA CONT(RA) CLEOPATRA(M) ET ANTONIVM DESIGNAT *Fγ* 1 repostum *Fλuπp.ras.χ exp.metr.comm.Cr.* repositum *ABγπ pr.ςAc.Pph.* o repostum *N. Heinsius Bentl.* cecubum *Fπu* 2 letus *Aγιu* cesare *Aγιλ* 4 Beatę *A* mecenas *Fγλπu* 5 mixtis *y Bentl.* lira *Au*

ut nuper, actus cum freto Neptunius
  dux fugit ustis nauibus,
minatus urbi uincla, quae detraxerat
  seruis amicus perfidis?
Romanus eheu (posteri negabitis)
  emancipatus feminae
fert uallum et arma miles et spadonibus
  seruire rugosis potest,
interque signa, turpe! militaria
  sol aspicit conopium.
adhuc frementes uerterunt bis mille equos
  Galli canentes Caesarem,
hostiliumque nauium portu latent
  puppes sinistrorsum citae.
io Triumphe, tu moraris aureos
  currus et intactas boues?
io Triumphe, nec Iugurthino parem
  bello reportasti ducem,
neque Africanum, cui super Carthaginem
  uirtus sepulchrum condidit.

TESTIMONIA

9 sq. Seru. ad Aen. VI 612 15 sq. 'signa militaria — conopeum' schol. Iuuen. 6, 80 17 sq. Seru. ad Aen. VI 612 22 'intactas boues' Probus 1462

VARIA LECTIO.

7 actus in freto *Ac.* 8 ustis *om.* B_1 9 uincula *Fλ* uinda *γ* detexerat *γ* 11 heheu *A* 12 Et mancipatus *γλ a.ras.* Mancipatus *χ* *uu.* 13 — 38 *om. B.* 16 conopium *A Ac. Acr. Pph. Porph.* conopeum *cett. sch.γ* *uu.* 17—20 *del. Peerlk.* 17 Adhuc $\lambda_1\chi$(*σpguar.y*) *Seruius Dan. Hauptius* At huc *Gχ*(*hk, Pulmanni H*) [1 *Bland.*] *sch.γ comm. Cr.* Ad hunc *AFγπuς Ac. Acr. Pph. Seruii codd. mss.* [Ad hunc, *uar.* at huc 3 *Bland.*] At hunc *y* Ab hoc *N. Heinsius Peerlk.* At hoc *Fea* 18 cesarem $A\gamma_1$ 20 sinistrosum *Pph. Porph.* sitae *y* [2 *codd. Cr.*] 23 iugurtino *πu* 24 reposti ψ_1 *uu.* 25 *sq. del. Schwenckius* 25 africanum *Aγπa.ras.Gχ*(*αδhn*) *Bentl.* affricanum $\lambda_2 u_2\chi$(*σgks*) africano *Fπp.ras.χ*(*βμpv*) affricano $\lambda_1 u_1$ cui] quo *Bentl.* carthaginem *AFλ* kartaginem *γu* cartaginem *π* 26 sepulcrum *λu*

terra marique uictus hostis punico
  lugubre mutauit sagum.
aut ille centum nobilem Cretam urbibus,
  uentis iturus non suis,
exercitatas aut petit Syrtis Noto,
  aut fertur incerto mari.
capaciores affer huc, puer, scyphos
  et Chia uina aut Lesbia
uel, quod fluentem nausiam coerceat,
  metire nobis Caecubum.
curam metumque Caesaris rerum iuuat
  dulci Lyaeo soluere.

X

Mala soluta nauis exit alite
  ferens olentem Meuium.

TESTIMONIA.

33 cf. Seneca dial. lib. V [= de ira lib. III] 14, 2: 'bibit deinde liberalius quam alias capacioribus scyphis'

Epod. 10. 1 sq. Victorin. 2525. 'iambus est carmen maledicum plerumque trimetro uersu et epodo sequente compositum, ut: mala — Maeuium' Diomed. 485 'Meuius et Bauius pessimi fuerunt poetae inimici tam Horatio quam Virgilio: unde Hor.: mala — Meuium' Seru. ad ecl. 3, 90 1 schol. Stat. Theb. III 64. praem. 'decima ode' Diomed. 528

VARIA LECTIO.

27 *nouum epodum incipiunt AAc.χ(βμhn)* 28 mutabit *Lachmannus Hauptius alii* 29 Aaut *A* 31 Aut petit exercitatas *u* syrt^{e}is *π* sirtes *Aλu* syrtes *cett.* notho *Fλu* 32 fertur] infertur *γ* 33 Cappaciores *A* Capatiores *γλψiu* adfer *F* sciphos *Au* 34 Aut *y* *uu.* 35. 36 *del. Peerlk. Linkerus alii, defendit Guil. Buttmannus* 35 defluentem *u* nausiam *Aλpr.πAc.* nauseam *cett. Pph. Porph.* coerceat *π* choerceat *u* coherceat *cett. Ac. Pph.* 36 cecubum *Aγπu* 37 *denuo incipit τ* 38 liaeo *A* lyeo *πτ* ligeo *γ*

Epod. 10. INVISVM SIBI MEVIVM (MEVIVM *B*) DEVOVET VT HORRENDIS (ORRENDIS *λ*) PREMATVR TEMPESTATIBVS *ABλ* IN MEVIVM POETAM TERNARIVS IAMBICVS BINARIVS (*om. γ*) EPODICVS (PODICVS *γ*) *Fγ* *inscr. om. τ* 1 Malo *Marius Victorinus* ala *γ* 2 maeuium *Bλχ Pph. Seruii codd. praeter Parisinum* 7959 meuium *etiam*

ut horridis utrumque uerberes latus,
  Auster, memento fluctibus;
niger rudentis Eurus inuerso mari
  fractosque remos differat;
insurgat Aquilo, quantus altis montibus
  frangit trementis ilices;
nec sidus atra nocte amicum appareat,
  qua tristis Orion cadit;
quietiore nec feratur aequore,
  quam Graia uictorum manus,
cum Pallas usto uertit iram ab Ilio
  in impiam Aiacis ratem.
o quantus instat nauitis sudor tuis
  tibique pallor luteus,
et illa non uirilis heiulatio,
  preces et auersum ad Iouem,
Ionius udo cum remugiens sinus
  Noto carinam ruperit.
opima quodsi praeda curuo litore

TESTIMONIA.

6 Plotius 4, 28   8 Plotius 4, 31 p. 1647   9 cf. 'nec sidus atra nocte amicum apparet' Plot. 4, 31   10 sq. 'qua — feratur aequor' Plot. 4, 31   10 Seru. ad Aen. I 535   13 sq. Seru. ad Aen. II 615   13 Seru. ad Aen. II 259 mythographi I et III ap. Mai auct. class. III p. 62 et 245   17 Seru. ad Aen. IIII 667

VARIA LECTIO.

Ac.sch.λφ   3 horidis *λ*1   *utr*ūque (*etiam lineola supra* u *ab all. m. est*) *π*   uerberes *τ*   4 flatibus *y*, *Burmannus*   5 rudentes *Fτu*   6 Tractos *ψ*   7 qualis *y* [1 *Bland.*]   montibus altis *B*   8 Franget *B* fregit *Plotius*, plạngit *Wakefieldus* uertit *uel* sternit *Bentl.* trementis *Bπpr.* trementes *cett.*   9 sydus *τ*   apareat *γ* apparat *λ*1   11 equore *γπu*   13 iras *γ*1   14 In *om. B*   15 instantat *A*   17 illa//// ñ uirilis *u*   eiulatio *χPph.*   18—20 *om. B*   18 Pręces *A*   aduersum *Fλχ non Ac.* (*duplicem lectionem* aduersum *et* auersum *testatur sch.γ*)   19 sin'/// *A* sinu *λcorr.* (*gs corr.*) [*omn. Bland.*]   20 Notus *AγVχ*(*h*) [*omn. Bland.*] Notho *Fuλ corr.π*2,*λ*1 *n.l.*   21 Optima *A*   si *om. φ*1   preda *A* p̄da *Fπu*   littore *Aλu*

porrecta mergos *iuueris,
libidinosus immolabitur caper
et agna Tempestatibus.

XI

Petti, nihil me sicut antea iuuat
scribere uersiculos amore percussum graui,
amore, qui me praeter omnis expetit
mollibus in pueris aut in puellis urere.
hic tertius December, ex quo destiti
Inachia furere, siluis honorem decutit.
heu me, per urbem (nam pudet tanti mali)
fabula quanta fui, conuiuiorum et paenitet,

TESTIMONIA.

23 sq. Seru. ad ecl. 3, 8

Epod. 11. 1 sq. Fortunat. 2699. 2705 sq. Terentian. 2449. praem. 'undecima ode' Diomed. 528 sq. Victorinus 2619   2 Diomed. 511. Priscian. partit. XII uers. Aen. 1, 3. Victorin. 2619. 2622. Fortunat. 2699. praem. 'est in epodo Horatii' Didascalicus 2549   2 cf. 'amore cogis scribere uersiculos' Plot. 11, 2   4 'mollibus—puellis' Plot. 11, 3   8 'fabula—conuiciorum poenitet' Plot. 11, 4

VARIA LECTIO.

22 Proiecta *y* (*Orelli d*) *Bentl.*   iuueris *uuar.χ*(*qv*, *Lambini libri mss. septem*) *comm. Cr.*   iuuerit *ΩG Ac. Acr. Porph. sch.γλφ*

Epod. 11. PETTIO (PETITIO *A* PE^T^TIO *λ* PECTIO *B*) AMICO SVO INVISAM SIBI POETICEN (POETICĒ *λ*) ESSE IN CONCVBITVS SVOS IRRVMPENTEM (ĪRVMP: *B*) *ABλ*, *add. λ*: AD PETTIVM DE INACHIA QVAM DILIGIT *λ*   AD PETTIVM (PECTIṼ *γ*) DE INACHIA QVAM DILIGIT. TERNARIVS IAMBICVS QVADRATVS CŌPOSITVS (*om. F*) A DACTILO IN IAMBVM *Fγ*   *inscr. om. τ*   1 Petti *AFλπV*(?)*Porph. sch.λφ Fortunat.* Pecti *BτuG exp. metr. sch.γ Acronis Guelf. Diomed.* ·ecti *γ* [*'seruaui Petti, propter antiquitatem codicum Blandiniorum' Cr.*]   2 percussum *ABγτsch.γ Diomedes Victorin. Priscian. Fortunat. alt. l. Didascalicus* perculsum *Fλπuχ*(*αδμnps*) *Fortunat. alt. l.* (*p.* 362 *Gaisf.*) *Terentian.*   3 preter *γ*   omnis *λπpr.χ* omnes *cett.*   4 aut pueris *Bentl.*   aut] et *y* [1 *Bland.*]   5 tercius *τu*   6 Inachaia *A* Inachaia *Bτ* Inachiam *y*   honoren *ψ*   8 fui] sui *τ*   conuiciorum *Plotius*   et] ut *Bentl.*   pęnitet *B* poenitet *τ* penitet *AFγλπu*

in quis amantem languor et silentium
  arguit et latere petitus imo spiritus!
'contrane lucrum nil ualere candidum
  pauperis ingenium?' querebar applorans tibi,
simul calentis inuerecundus deus
  feruidiore mero arcana promorat loco.
'quodsi meis inaestuet praecordiis
  libera bilis, ut haec ingrata uentis diuidat
fomenta uolnus nil malum leuantia;
  desinet imparibus certare summotus pudor.'
ubi haec seuerus te palam laudaueram,
  iussus abire domum ferebar incerto pede
ad non amicos heu mihi postis et heu
  limina dura, quibus lumbos et infregi latus.
nunc gloriantis quamlibet mulierculam
  uincere mollitia amor Lycisci me tenet;
unde expedire non amicorum queant
  libera consilia nec contumeliae graues,
sed alius ardor aut puellae candidae
  aut teretis pueri longam renodantis comam.

TESTIMONIA.

11 sq. cf. 'contraque lucrum pauperis ingenium nihil ualere' Plot. 11, 8

VARIA LECTIO.

9 langor *Fλπ* (languor *ψpr.*) et languor *ω Bentl.* 11 Contrane *Ω Ac. Pph.* Contraque *yω et cf. Plotium quem supra laudauimus* nihil *BFγπτ* 12 applorans *Aτ* adpl: *cett. Pph.* *uu.* 13—28 *om. B* 13 inuerecundus] uerecundus *Ac.* 14 archana *γτu* 15 inestuet *λu* inaestuaet *A* precordiis *Fγu* 16 uentis] uenus *Aλy* 17 Fomenta *γ* uolnus *Ac.om.uι* uulnus *cett.* alleuantia *y Glareanus* 18 inparibus *AFλπτu* 19 hec *τ* paulam *A* 21 At *Aπι γuar.* eheu mihi *u* postes *Aγλu* potes *τ* et eheu *πa.ras.u* eheu *Fπp.ras.* 22 lumbos *om. u* infregi] fregi *uπp.ras.* fregit *πa.ras.* 23 gloriantes *F* 24 mollicia *λ* mollitie *yBentl.*, 'mollitia] *ablt.' sch.γ* licisci *Aλu* 25 non expedire *u* queant *Fπ* 27 arbor *τ* amor *u* 28 teritis *γpr.* redonantis *τ* renidentis *yω*

XII

Quid tibi uis, mulier nigris dignissima barris?
munera cur mihi quidue tabellas
mittis nec iuueni firmo neque naris obesae?
namque sagacius unus odoror,
polypus an grauis hirsutis cubet hircus in alis,
quam canis acer, ubi lateat sus.
qui sudor uietis et quam malus undique membris
crescit odor, cum pene soluto
indomitam properat rabiem sedare, neque illi
iam manet umida creta colorque
stercore fucatus crocodili, iamque subando

TESTIMONIA.

Epod. 12. 1 sq. Fortunat. 2706. praem. 'in eodem (sc. libro epodon) ode XII' Victorin. de metr. Hor. 2619 1 Seru. ad Aen. I 592 Isidor. orig. XVI 5, 19 praem. 'duodecima ode' Diomed. 529 2 sq. cf. Victorin. de metr. Hor. 2619 'munera quid mihi quidue tabellas perfida mittes' 11 'Hor. in epodo: iamque subando' Eutych. II 1

VARIA LECTIO.

Epod. 12. SVMMAE (SVMME *λ* SVME *A*) LIBIDINIS MVLIEREM (MVLIEREM LIBIDINIS *B fol.* 172) REPELLIT. DIGNAM AIT ESSE ELEPHANTIS (ELEFANTIS *B*) *ABλ*, *add. λ*: IN GRATIDIAM CONVERSO NOMINE *λ* IN GRATIDIAM CONVERSO NOMINE. SENARIVS EPICVS QVADRATVS DACTILICOS EPODICOS *F* IN GRATIDIAM CONVERSO NOMINE. SENARIVS IAMBICVS EPODICVS $\overset{\text{D A}}{\text{QVARTVS}}$ DACTILICOS PODICOS *γ* *inscr. om. τ*
1 Barris *Turnebus et Ios. Scaliger* 2 cur *Fγλπτu Fortunat. Victorini Paris.* quid *ABχy Ac. Acr. Victorinus* quiduę *γ* curue *uχ(μv) Ac. Fortunat. opp. Victorin.* 3 Mitis *τ* Mittes *ABλ opp. Ac.* nec] nō *y* firmo iuueni *BFλπτV [omn. codd. Cr.] χ(αμgp) Pph.* iuueni firmo *Aγu* nec naris *B et G (ex sil. Pulm.)* obessae *τ* obesae *cett.* 4 sagatius *γτu* 5 Polipus *λπuAc.* hyrsutis *Fπ* hyrcus *Fπ* hircus *γ* aliis *B* 6 suus *B* *uu.* 7—26 *om. B in folio* 172, *sed praeter uu.* 3—6 *hunc epodum repetit in fol.* 182 7 Qui *ABγπpr.Ac.Pph.sch.γ* (*interpr.* '*i. e. quam teter*') *sch.λφ* (*interpr.* '*qualis*') Quis *Fλτuπcorr.* uictis *B* mēbris *Fγ* menbris *λu* 8 Crescat *Fπχ(αp)* $\overset{\text{+ cū}}{\text{tum}}$ *γ* paene *Fτ* 9 Indomitāq. *A* Indomitta *τ* 10 manet] ad> == adet *B* umida *A* humida *cett.* 11 fuscatus *u* fugatus *B* crocodili *APph.* crocodilli *Fγπ* corcodilli *τAc.sch.γ alt. l.* crocodrilli *Bλ* cocodrilli *usch.γ alt. l.*

tenta cubilia tectaque rumpit;
uel mea cum saeuis agitat fastidia uerbis:
'Inachia langues minus ac me:
Inachiam ter nocte potes, mihi semper ad unum
mollis opus. pereat male quae te
Lesbia quaerenti taurum monstrauit inertem,
cum mihi Cous adesset Amyntas,
cuius in indomito constantior inguine neruos,
quam noua collibus arbor inhaeret.
muricibus Tyriis iteratae uellera lanae
cui properabantur? tibi nempe,
ne foret aequalis inter conuiua, magis quem
diligeret mulier sua quam te.
o ego non felix, quam tu fugis ut pauet acris
agna lupos capreaeque leones.'

TESTIMONIA.

25 'o ego infelix' Victor. de finalibus 5 'nemo dicit o ego, nisi o (om. Charis.) exclamatio sit, ut apud Hor. o ego infelix' incerti auctoris fragm. grammat. ed. Eichenfeld. §. 182; item Charisius p. 158 sed add.: 'quem tu fugis'

VARIA LECTIO.

13 cum] quam *Peerlk.* seuis *u*ı *ut uid.* sę//*uis* *π* *u.* 14 *pr. om. A, postea in margine add.* *u.* 15 *ante u.* 14 *prius posuerat φ* 14 minus langues *u* languens *B* 15 Inachia *F* potest *B* potens *τ* 16 que *B* 17 querenti *γπτu* 18 michi *u* chous *Fλπτu* amintas *γλπτu* 19 iungine (v *supra* g) *B* neru*us* *π* neruus *cett.* 20 inheret *Fγπτu* 21 Miricibus *τ* tiriis *Aγu* iterate *A* *inter u.* 21 *et* 22 *τ inseruit* 13, 7 22 properabantur *BFγπτG* (*ex sil. Broukh.*) ς *Ac. sch.γ* (*alt. l.* properantur *sch.γ*) *sch.λφ* properabuntur *Aλχ(g)* [1 *Bland.*] 23 aequales *F* equalis *γ* aliqs *A* equales *u* conuiuia *π a.ras.* 25 infelix *y Charisius Maxim. Victorin. grammat. incertus. opp. sch.λφ interpr.* 'non felix] *i. e.* infelix' *et iam auctorem elegi de morte Drusi* non felix *legisse arbitror*, *cf. u.* 145: *iamne ego non felix e. q. s.* quem *Charisius* acres *Fγu* 26 lupus *τ* capree *γ* capraee *λ* caprae *Fπ*

XIII

Horrida tempestas caelum contraxit, et imbres
niuesque deducunt Iouem; nunc mare, nunc siluae
Threicio Aquilone sonant; rapiamus amici
occasionem de die, dumque uirent genua
et decet, obducta soluatur fronte senectus.
tu uina Torquato moue consule pressa meo;
cetera mitte loqui: deus haec fortasse benigna
reducet in sedem uice. nunc et Achaemenio
perfundi nardo iuuat et fide Cyllenea
leuare diris pectora sollicitudinibus,

TESTIMONIA.

Epod. 13. 1 sq. Terentian. 2449. Fortunat. 2706 praem. 'tertia decima ode' Diomed. 529 praem. 'ode XIII' Victorin. de metr. Hor. 2619 2 Diomed. 516. Victorin. 2622. praem. 'Hor. in epodo' Priscian. VII 21 XVII 8. 'Hor. silua trisyllabum protulit in epodo hoc uersu: niuesque—siluae' Priscian. I 21 3 'Threicio Aquilone' Acr. volgatus ad c. I 25, 11 om. Acr. et sch.γ 4 Fortunat. 2684. 2699 7 sq. 'Hor. in epodo: deus—uice' Prisc. II 6

VARIA LECTIO.

Epod. 13. AMICOS HORTATVR VT VIM (VICIVM *λ*) TEMPESTATIS (TEPESTATIS *A*) DE DIE DISCVMBENDO VITENT ET (ET-SENECTVS *om. λ*) DVM NON SIT IMPEDIMENTO SENECTVS VOLVPTATIBVS VACENT (*om. λ*) *ABλ, add. λ*: UǪCE AD AMICOS AD AMICOS COMICOS (*hic om. γ*) SENARIVS EPICVS QVADRATVS(COMICOS *add. γ*) AB (Aγ) IAMBO IN DACTILON (DACTILVM *γ*) *Fγ* *inscr. om. τ* 1 celum *Aγ* constrinxit *y* ymbres *Fπ* 2 [*'niueisque deducunt . hic uersus in omnibus libris scriptis συναρτητῶς legitur' Cr.*] 3 aquilona *π* amici *Ω Pph.* amice *Bentl.* Aristi *Weichertus poet. Lat. rel. p.* 220 Apici *Scheibeus nou. ann. phil.* LXXVIIII *p.* 146 (*equidem* amici = nos amici, *non* = uos amici *interpretandum esse arbitror*) 6 consule *om. u in contextu, legitur in scholio* *u.* 7 *non hic, sed post* 12, 21 *legitur in τ* 7 Caetera *Fπ* hec *τ* 8 redduce*t cod. Prisciani* achemenio *Fλπ1τ* achamenio *B1γ* achemeni*a π* achimenio *u* 9 cyllena *F* cyllenę, *sed* ę *in* a *mutata, τ* cyllenia *λcorr. πcorr.* cellenea *A* cillenia *Auar.Ac.* cyllenea *Bγλπ1ψ2 Pph.* 10 duris *y' Bentl.*

nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno:
  'inuicte mortalis dea nate puer Thetide,
te manet Assaraci tellus, quam frigida parui
  findunt Scamandri flumina, lubricus et Simois;
unde tibi reditum certo subtemine Parcae
  rupere nec mater domum caerula te reuehet.
illic omne malum uino cantuque leuato,
  deformis aegrimoniae dulcibus alloquiis.'

XIIII

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
  obliuionem sensibus,
pocula Lethaeos ut si ducentia somnos

TESTIMONIA.

18 cf. Valer. Flacc. I 256: 'dulcibus alloquiis ludoque educite noctem'

Epod. 14. 1 sq. Terentian. p. 2449. Victorin. de metr. Hor. 2620. Fortunat. 2706 1 praem. 'quarta decima ode' Diomed. 529

VARIA LECTIO.

11 grandi cecinit *Fγπuς* graui cecinit *τ* cecinit grandi *ABλχ(μg) Pph. consent. Ac.* ceutaurus *γ* alūno *AFτ* alunpno *u* 12 Inuicte *τu* dea *om. u1* Inuicte mortalis, dea *editores nonnulli* thetide *B* 13 Te tellus manet assaraci *u* assarici *γ* paui *τ* proni *Bentl.* puri *Peerlk.* tardi *Meinekius* 14 scamadri *u* symois *γ* 15 tibi *om. π* curto *Bentl.* subtecmine *τ* subtegmine *A1BuχPph.* subtemine *FγλπA2χAc.* parce *τ* 16 cerula *AFγλπu Ac.* cerula *τ* reuehit *Pph.* 18 egrimoniae *τ* egrie/////monię *π* et dulcibus *y* ac dulcibus *Bentl.* [dulcibus 4 *Bland.*]

Epod. 14. MAECENATI (MEC: *Aλ*) EXCVSAT DESIDIAM SVAM ET OBIVRGAT (OBIVRGAS *B* OBIVRGANTEM *λ*) SE QVOD NON CONSVMMAVIT (CONSVMAVER:::: *λ reliqua legere non potui*) IAMBICA OPERA AMORIBVS AVOCATVS *ABλ* SENARIVS EPICVS BINARIVS IAMBICVS. EPODICVS. AD MECENATEM *F* AD C. MECENATEM SENARIVS EPICVS BINARIVS IÃBICOS EPODICOS *γ* *inscr. om. τ* 1 inercia *λ* inhertia *Ac. pr.* 3 lætheos *F* loetheos *πτ* letheos *cett.* ut si *ABγλπτχ(δσs)Ac. Bentl.* uti *Fuχ(αβμnp)* ueluti *χ(ghqμ uar.y)* sonnos *u*

arente fauce traxerim,
candide Maecenas, occidis saepe rogando:
deus, deus nam me uetat
inceptos, olim promissum carmen, iambos
ad umbilicum adducere.
non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium,
qui persaepe caua testudine fleuit amorem
non elaboratum ad pedem.
ureris ipse miser; quodsi non pulchrior ignis
accendit opsessam Ilion,
gaude sorte tua; me libertina nec uno
contenta Phryne macerat.

XV

Nox erat et caelo fulgebat luna sereno
inter minora sidera,

TESTIMONIA.

10 praem. 'in epodo' Acr. uolg. ad c. I 17, 18 non Acr. et sch.γ

Epod. 15. 1 sq. Augustin. de mus. VI 13, 28. Terentian. p. 2449. Victorinus de metr. Hor. 2620. 'epodoe Horatii, in quibus . . . nox—sidera' Diomed. 485 1 praem. 'quinta decima ode' Diomed. 529 cf. Ouid. fast. II 792: 'n o x e r a t et tota lumina nulla domo'

VARIA LECTIO.

4 Aurenti *A* falce *u* 5 mecenas *AFγλπu* occidi *B* sepe *Aλu* 6 nam] iam *A* 7 incoeptos *γ* promisum *B* iābas *τpr.* 9 bathillo *A Ac.* batyllo *γτψ* batillo *πφu* 10 N̄ acreonta = Non acr: *AB* Anacreontę *π1* tegium *u* 11 persepe *Aγu* 13 quodsi non] do quod non *B* quid si non *Peerlk.* quo si non *Axtius et Meinekius* pulcrior *u* 14 Accedit *BAc.* opsessam *Ac.* op̄ssam *λ* opp̄ssam *Ac. alt. loco* obe(s s)sam *π* obsessam *cett. cons. sch. F* 15 neque *γτχ(αβσn)* 16 Contempta *τpr.* phyne *λ1* phrine *Au*

Epod. 15. NEAERAM (NEEREAM *A* NEARAM *B*) AMICAM SVAM ALLOQVITVR PERIVRIISQ. EIVS (ET *A*) SE DECEPTVM (DECEPTĀ *B*) INDICAT QVOD SVVM (SERIO *AB*) AMOREM (AMORE *Bλ*) IN ALIVM TRANSTVLISSET, QVEM NEGAT PERPETVVM FVTVRVM *ABλ*, *add. λ*: IN NEAERAM AMICAM IN NEERAM AMICAM. SENARIVS EPICVS BINARIVS IAMBICVS EPODICVS (CEPODICOS *γ*) *Fγ* *inscr. om. τ* 1 ·ox *γ* cèlo *τu* fungebat *γ*

cum tu, magnorum numen laesura deorum,
  in uerba iurabas mea,
artius atque hedera procera adstringitur ilex
  lentis adhaerens bracchiis,
dum pecori lupus et nautis infestus Orion
  turbaret hibernum mare
intonsosque agitaret Apollinis aura capillos,
  fore hunc amorem mutuum.
o dolitura mea multum uirtute Neaera:
  nam si quid in Flacco uiri est,
non feret adsiduas potiori te dare noctes
  et quaeret iratus parem,
nec semel offensae cedet constantia formae,
  si certus intrarit dolor.
et tu, quicumque es felicior atque meo nunc
  superbus incedis malo,
sis pecore et multa diues tellure licebit,
  tibique Pactolus fluat,
nec te Pythagorae fallant arcana renati,

TESTIMONIA.

4 sq. 'Hor. in epodo: in—ilex' Priscian. XVIII 210   21 schol. Stat. Theb. III 384

VARIA LECTIO.

3 nomen *Pph.*   lesura *u*   5 Arcius *τ*   adque *λ*   atquę *γ*   edera *γτ*   adstringitur *Fπχ Prisciani codd. optimi* astringitur *cett.*   illex *τ*   6 adherens *AFγλu*   brachiis *Ω*   7 peccori *τ*   et] in *u*   ĩfestos *B*   *uu.* 8 *sq. del. Peerlk.*   8 Tubaret *τ* Turbarit *π*ı? *uχ*(*v*) *Bentl. opp.sch.γ*   9 agitarit *πıτuχ*(*vn uar.s uar.*) *Bentl.*   11 neara *B*   12 uiri *ABγλuχ sch.γ Pph. sch.F* uirium *Fτς* uiri *π*   13 adsiduas *A π Pph.* assiduas *cett.*   14 queret *γu* quaerit *ABπ*   15 offense *Aλ* iratę *u* offensi *Gogavius Bentl. opp. sch.F sch.γ*   cædet *ψ a.ras.*   16 intrauit *Meinekius*   17 et] At *uχ*(*μp*)*γω opp.cett. G V*[4 *Bland.*] *Pph. Bentl.*   tu *om. Fπχ*(*α*ı)   es fel:] effelicior *A*   18 incidis *B*   21 pithagorae *Fτu*   fallunt *sch. Stat.*   archana *γπτu Ac.*

formaque uincas Nirea,
heu heu, translatos alio maerebis amores:
ast ego uicissim risero.

XVI

Altera iam teritur bellis ciuilibus aetas,
suis et ipsa Roma uiribus ruit.
quam neque finitimi ualuerunt perdere Marsi,
minacis aut Etrusca Porsenae manus,
aemula nec uirtus Capuae nec Spartacus acer
nouisque rebus infidelis Allobrox,
nec fera caerulea domuit Germania pube
parentibusque abominatus Hannibal:
impia perdemus deuoti sanguinis aetas,

TESTIMONIA.

Epod. 16. 1 sq. Fortunat. 2706. praem. 'ode XVI' Victorin. de metr. Hor. 2620. 'epodoe Horatii, in quibus . . . altera — ruit' Diomed. 485 1 praem. 'sexta decima ode' Diomed. 529 2 cf. Propert. III 11, 60: frangitur ipsa suis Roma superba bonis' 5 cf. Symmach. epist. X 32: 'et uirtus aemula alitur exemplo honoris alieni'

VARIA LECTIO.

22 nerea *Ω Porph. sch. F* 23 Heu heu $\gamma\lambda_1\pi\tau u G\chi$(*βδσgn Argent. II*) [3 *Bland.*] Eheu heu *A* Eheu eheu *B* Heheu $\lambda_2\psi_2$ heu *Porph.* Eheu *F* [1 *Bland.*] translatus *A* tranlatos *u* merebis *AFγλu* 24 At *u*

Epod. 16. ALTERNA VICE EROO (EROA *B*) ALTERNA IAMBICO SCRIPTA EST. VERVM HORÀTIVS REIPVBLICAE (REIPVBLICE *λ*) DEFLET FORTVNAM *ABλ* CŌMISERATIO REIPVBLICAE DE BELLIS CIVILIBVS *F* (*consent. αδu*) AD POPǑLV̄ ALTERNA VICE HEROICO. ALT̄NA IAMBICO SCRIPTA. VERV̄ HORATIV'. R. P. DEFLET FORTVNAM *γ* *inscr. om. τ* 1 ·ltera *γ* 2 ruit] perit *uχ*(*v*) 4 audet rusca γ_1 aud π_1 erusca $\pi_1\varphi$ *pr.* ψ_1 porsenae *τχ*(*β pr.*) *comment. Cr.* porsemnę *γ* porsennae *cett. Porph.* 5 Emula *u* capue *Aγ* sparta≡cus *γ* spartacacer F_1 6 Nouisue *Bentl.* No*ui*sque *π* allabrox $\lambda_1\pi\psi$ *pr. sch. F* albabrox *τ* 7 Ne τ_1 cerulea *Aτu* 8 Parentibusue *Bentl.* abominandus *Aλχ*(*n Pulmanni E et B* [1 *Bland.*]) abominana-du tus *ψ* abhominatus *u* abominatus *cett. sch. γ* 9 Impii *π*

ferisque rursus occupabitur solum.
barbarus heu cineres insistet uictor, et urbem
eques sonante uerberabit ungula,
quaeque carent uentis et solibus ossa Quirini,
nefas uidere, dissipabit insolens.
forte quid expediat communiter aut melior pars
malis carere quaeritis laboribus:
nulla sit hac potior sententia: Phocaeorum
uelut profugit execrata ciuitas
agros atque Lares patrios habitandaque fana
apris reliquit et rapacibus lupis,
ire, pedes quocumque ferent, quocumque per undas
Notus uocabit aut proteruos Africus,
sic placet; an melius quis habet suadere? secunda
ratem occupare quid moramur alite?
sed iuremus in haec: simul imis saxa renarint
uadis leuata, ne redire sit nefas;
neu conuersa domum pigeat dare lintea, quando

TESTIMONIA.

11 sq. cf. Ouid. ex P. I 2, 112: 'Bistonii cineres ungula pulset equi' 18 cf. Gerberti epist. 80 (historiae Francorum scriptores tom. II p. 807 ed. du Chesne): 'quod remedium morbis tuis inueniemus, Virdunensium execrata ciuitas?'

VARIA LECTIO.

10 rursum *τuχ*(δ) 11 insistæt *u* urbes *u* 12 Eques son: uerb: ungula ⸢equi (s.) *u*, ⸢ *et* s. *ab. alt. m.* eques] Equi *A*B_1 Etqui B_2 13 Queq: *γ* 14 uidere *ABλ* uideri *FγπτuG V*[4 *Bland.*]ς ('*Quae ossa, cum sint sepulta, nefas est palam fieri uel uideri' sch.γ*) disipabit *B* dissipauit τ_1 15 Forte quid expediam *Peerlk.* qđ *τ* quod *χ*(*σpr.*) *Bentl. opp. sch.γ* 16 queritis *γπu* 17 hec *τpr.* porcior *λ* potius *A* [sententia Phocaeorum 3 *Bland.*] phoceorum *ABγ*λ_1 18 Vel profugit *τ* profuit γ_1 exsecrata *τPph.* *uu.* 19 *sq. del. Peerlk.* 19 lares proprios *ω* 20 reliquid $\gamma_1\pi_1$ 21 ferĕnt *γ et sch.γ* ferunt *τχ*(*αβσg Orelli c Pulmanni H*)*Pph.opp.cett.V* [4 *Bland.*] *sch.F* 22 Nothus *BFγτu*π_2 uocauit *Aπpr.* proteruus *Ω* affricus *τu* *uu.* 23—26 *om. B* 25 iuremus] uideremus *τ* renarent *πτopp.sch.γ* 26 *h. u. epodon ultimus est in A: interiit enim folium unum* *uu.* 27—38 *del. Peerlk.* 27 lintea *om. τ*

Padus Matina lauerit cacumina,
in mare seu celsus procurrerit Appenninus,
nouaque monstra iunxerit libidine
mirus amor, iuuet ut tigris subsidere ceruis,
adulteretur et columba miluo,
credula nec flauos timeant armenta leones,
ametque salsa leuis hircus aequora.
haec et quae poterunt reditus abscindere dulcis
eamus omnis execrata ciuitas,
aut pars indocili melior grege; mollis et expes
inominata perprimat cubilia.
uos, quibus est uirtus, muliebrem tollite luctum,
Etrusca praeter et uolate litora.
nos manet Oceanus circumuagus arua beata;
petamus arua, diuites et insulas,
reddit ubi cererem tellus inarata quotannis
et imputata floret usque uinea,
germinat et numquam fallentis termes oliuae

TESTIMONIA.

28 Seru. ad Aen. XI 403

VARIA LECTIO.

28 et ante Padus Matina lauerit cacumina *Seruius*. 29 procurrer*it* *φ* proruperit *y* decurrerit *y* appenninus *BFγπPph.sch.F* apenninus *λτ u* 30 iuxerit *τ* 31 Mirŏs *γ* iubet *π*1 ut *om. φ et πpr.* tigris (e supra) *π* tygres *F* tigres *cett.* *u.* 32 *post* 39 *posuit B* 32 corūba *τ* [milŭo 4 *Bland.*] flauos *FγπτuGς* rauos *BV* [4 *Bland.*] *Pph.* (*ubi per errorem scriptum est* raus) *Bentl.* seuos *λu uar.* saeuos *y* fuluos *PorphyrionisGuelferbytanus ω* (nec fuluos *om.s pr. postea supra uersum add.*) 34 hyrcus *Fπ* 35 Hac *π*1 que *γ* accendere *Bestius* dulces *Fγτu* 36 omnis *Bπsch.γ* omnes *FγλπτuPph.sch.F* exsecrata *τ Pph.* 37 expes *τuχ*(*βσv*)*sch.γ part. pr.* expes (s supra) *λ* exspes *πχ*(*s*) expers *cett. Porph. interpol. sch.F* (*interpr.* '*sc. uirtutis*'). *Porph. I recte.* 38 Innominata (n deleta) *λ* pp̄mat *B Pph.* perprimet *uχ* perprimat *cett.* 39 uirtus] luctus *u*1 animus *excerpta Bodleiana* 40 preter *γu* littora *λτu* 41 occeanus *u* circumuagus arua beata; petamus etc. *Bentl. cons. Porph.; alii post* circumuagus *distingunt* circū uagus *F* 42 et diuites insulas *u* 44 imputata *Bτu* inputata *Fλπγcorr. Pph.* inoptata *γpr. ut uid.*

suamque pulla ficus ornat arborem,
mella caua manant ex ilice, montibus altis
leuis crepante lympha desilit pede.
illic iniussae ueniunt ad mulctra capellae,
refertque tenta grex amicus ubera;
nec uespertinus circumgemit ursus ouile,
nec intumescit alta uiperis humus.
pluraque felices mirabimur, ut neque largis
aquosus Eurus arua radat imbribus,
pinguia nec siccis urantur semina glaebis,
utrumque rege temperante caelitum.
non huc Argoo contendit remige pinus
neque impudica Colchis intulit pedem;
non huc Sidonii torserunt cornua nautae,
laboriosa nec cohors Vlixei.
nulla nocent pecori contagia, nullius astri
gregem aestuosa torret impotentia.
Iuppiter illa piae secreuit litora genti,
ut inquinauit aere tempus aureum;

TESTIMONIA.

47 sq. Terentian. 2448 sq. 49 cf. Beda anthol. Lat. Mey. 391, 50: 'uberibus plenis ueniantque ad mulctra capellae' 52 cf. Senec. Herc. fur. 936: 'nulla nocituro grauis succo tumescat herba'

VARIA LECTIO.

48 crepante] sonante *Terentianus* limpha *γu* nympha *Fτy, non Porph. sch.F* desilit *τ* dissilit *Terentianus* 49 multra *Fπuχ* *uu.* 50 *sqq. sic ordinabat Peerlk.* 50. 53—56. 61 *sq.* 51 *sq.* 57—60. 63 51 ouile *BλπGγuar.u2ς* oliuę *γ* ouili *Fτu1 V* [4 *codd. Cr.*] *u.* 52 *om. B* Nec *γτς* Nec//// *π* Neque *Fλ1uχ(p)* 54 heurus *λ* radit *B* ymbribus *F* 55 glebis *BFγπτu* *uu.* 56 *sqq. sic ordinabat Fca*: 56. 61. 62. 57 — 60. 63 56 imperante *u1* célitum *γτu* 57 Noc huc ȧrgo c: *τ* hoc *u1* argoͦ *Bπ* argiuo *χ(μ uar.)y* 58 impudica *Bλ(corr. ut uid.)u* inpudica *Fγλ(pr. ut uid.)πτ* cholchis *γ* 59 Noc huc *τ* 60 choors *Fλπτu* *uu.* 61. 62 *del. Hauptius* 61 poccori *τ* astri *FλτGς* austri *Bγπuχ(αs1)* 62 estuosa *γπ1* inpotentia *γτ* 63 Iupiter *γ* sacrauit *πχ(μ uar.)* (*at* sæcreuit *π uar.*) secreuit *cett. sch.y* littora *γλτu* *uu.* 65. 66 *del. Peerlk.*

aere, dehinc ferro durauit saecula, quorum
piis secunda uate me datur fuga.

XVII

Iam iam efficaci do manus scientiae,
supplex et oro regna per Proserpinae,
per et Dianae non mouenda numina,
per atque libros carminum ualentium
refixa caelo deuocare sidera,
Canidia, parce uocibus tandem sacris
citumque retro solue, solue turbinem.
mouit nepotem Telephus Nereium,
in quem superbus ordinarat agmina
Mysorum et in quem tela acuta torserat.
unxere matres Iliae addictum feris
alitibus atque canibus homicidam Hectorem,

TESTIMONIA.

Epod. 17. 1 sq. Terentianus 2433 1 Fortunat. 2706 (om. in editione Putsch. altero 'iam') praem. 'septima decima ode' Diomed. 529 praem. 'in ultima ode quae est' Victorin. de metr. Hor. 2620

VARIA LECTIO.

65 Aerea λ *a. ras.* Aere[a] π Aere *cett. sch. F* (dehinc *Horatio numquam est monosyllabum*) secula τφ scła λ quorum] quo nunc *Bentl.*

Epod. 17. FINGIT SE (EX *add. B*) CANIDIAE VENEFICIIS SVPERATVM. ALLEGORICOS (ALLEGORICO λ) DEPRECATVR VT (VI γ) SIBI PARCAT *Bγλ* IN CANIDIAM *F* *B fol.* 173 *om. huius carminis uu.* 1—52 *sed eos exhibet fol.* 182 *inscr. om.* τ 1 ·am am τ efficacicaci *B* do *om.* λ1 2 Suplex *B* 3 diane *F* 4 lib≡ros *πu* 5 Refixa *BγτGχ(μghnpv)sch.γ comm. Cr.* Defixa *Fλπuχ(αβδs)* celo *u* sydera τ 6 partē τ 7 uolue uolue *Auratus. alterum* solue *om.* τ 8 Mouet γ1 thelephus *u* nereius *u*1 9 ordinauit *B* 10 Misorum *Fu* Missorum π tęla *F*

11 Vnxere *Fγπτλ2 up. ras. GV* [4 *Bland.*] *χ(βδhpv* V[nc]xere *μ)* Vinxere *ua. ras.* Luxere *Bλ1χ(agns Orelli c Pulmanni H et B) Bentl.* illae *B*

additum *u* [ad]dictū π 12 hæctorem *Fπ*

postquam relictis moenibus rex procidit
heu peruicacis ad pedes Achillei.
saetosa duris exuere pellibus
laboriosi remiges Vlixei
uolente Circa membra; tunc mens et sonus
relapsus atque notus in uoltus honor.
dedi satis superque poenarum tibi,
amata nautis multum et institoribus.
fugit iuuentas, et uerecundus color
reliquit ossa pelle amicta lurida;
tuis capillus albus est odoribus;
nullum ab labore me reclinat otium.
urget diem nox et dies noctem, neque est
leuare tenta spiritu praecordia.
ergo negatum uincor ut credam miser,
Sabella pectus increpare carmina,
caputque Marsa dissilire nenia.

TESTIMONIA.

15 cf. 'setosa duras exuere pelles' Plotius 4, 31 17 '. . . ex E littera A facit (sc. in ablatiuo) . . . unde est illud Horatii: volente Circa' Probus 1446

VARIA LECTIO.

13 menibus *u* 14 achilli *τ* 15 Saetosa *Fλπu* Sectosa *γ*1 Setosa *cett.* exsuere *π* exurere *τ* 16 ulixi *τ*1 17 Voluente *u* circa *Bγλχ Probus* circe *Fτuχ* circæ *π* ('circa] *pro* circe' *sch.γ*) mẽbra *F* menbra *γλu* 18 Relapsus *Fγπτu*1*χ* (*αδv* Del: *μp*) [2 *Bland.*] *Plotius* (*sch.γ interpr.* '*reuersus*') Relatus *Bλu*2*χ*(*βghnsμ uar. Orelli c*) [2 *Bland.*] notus *om. ψpr.* uultus *Bλu* 19 pęnarum *γ* penarum *u* 20 Armata *γ* (*opp. sch.γ*) O amata *Bentl.* 22 Relicit *Bpr.* Reliquid *γ* me liquit: *Scheibeus nou. ann. philol.* LXXVIIII *p.* 137 ossa *Ω* ora *Bentl. Hauptius alii; sed cf. Plaut. aulul.* III 6, 28: '*ossa atque pellis totus est, ita cura macet*' *id. captiu.* I 2, 30: '*ego ossa atque pellis sum misera macritudine*' *Silius* II 466 *sqq.*: '*iam lurida sola tecta cute et uenis male iuncta trementibus ossa extant, consumptis uisu deformia membris*' amictus *Bλ* amictas *y* 24 a labore *Bλχ Pph. Bentl.* ab lab: *Fγπτuχ* ociũ *τ* 25 Urguet *πτχ*(*αδhv*) [2 *Bland.*] 26 precordia *γu* 29 Caputquę *γ* mersa *τ* dissillire *B* desilire *u*1 nema *B*

quid amplius uis? o mare et terra, ardeo
quantum neque atro delibutus Hercules
Nessi cruore, nec Sicana feruida
uirens in Aetna flamma. tu, donec cinis
iniuriosis aridus uentis ferar,
cales uenenis officina Colchicis.
quae finis aut quod me manet stipendium?
effare: iussas cum fide poenas luam,
paratus expiare, seu poposceris
centum iuuencos, siue mendaci lyra
uoles sonari, tu pudica, tu proba
perambulabis astra sidus aureum.
infamis Helenae Castor offensus uice,
fraterque magni Castoris, uicti prece
adempta uati reddidere lumina:
et tu, potes nam, solue me dementia,
o nec paternis opsoleta sordibus,
nec in sepulchris pauperum prudens anus

TESTIMONIA.

42—44 praeter ‘uicti prece’ praem. ‘. . . in epodon . . .’ Acr. et sch.γ ad c. I 16, 1

VARIA LECTIO.

30 ampli’ π uiso mare φ uiso mare ψ et] o *y Acronis Guelferbytanus Bentl.* 31 dilibutus π 32 Ne sicruore τ Nee si π Nesi *F* si//cana $\gamma\chi$ 33 Virens *BF*$\gamma\lambda\pi\tau$*G V* [4 *Bland.*] χ(*δsv Orelli c Pulmanni H*) Vireus *u*χ(*hq*) Vrens π *uar.* χ(*αβμgnp Argent. II*) Furens *y* aethna $\gamma\lambda$ ethna *u*ψ *corr.*φ *in marg.* etha φ *pr.*ψ *pr.* hetna τ tua *Bentl. et quod idem dubius proposuerat:* Num, donec cinis — caleo uenenis officina Colchicis’ *prob. Peerlk.*
35 Caleus γ calet *Bentl.* colchinis τ 36 quae] Quis *u* Qui χ (*v Basiliensis I*) 37 confide $\pi\psi$ı penas *u* 38—40 Paratus, expiare si poposceris | centum iuuencis, siue mendaci lyra | uoles sonare, tu pudica, tu pia *Bentl.* 39 Iuuencos centum *u* iuuencis *y Bentl.* mandaci τ lira γ*u* 40 Volens *B* sonare *BF*π*u*ıχ(δ)*y*
42 haelenę π, *sed uirgula ab alt. m. est* uicem *y Bentl.* 43 praece λ 44 uati] fratri *B* reddere τ 45 solue me dementia τ (*prima linea litterae* m *uocis* me *ab alt. m. est*) 46 obsoleta Ω 47 Neque *F*$\lambda\tau$*u*ς Nec *B*$\gamma\pi$ sepulcris τ*u*

Nouemdialis dissipare pulueres;
tibi hospitale pectus et purae manus,
tuusque uenter Pactumeius, et tuo
cruore rubros obstetrix pannos lauit,
utcumque fortis exilis puerpera.
'quid obseratis auribus fundis preces?
non saxa nudis surdiora nauitis
Neptunus alto tundit hibernus salo.
inultus ut tu riseris Cotyttia
uolgata, sacrum liberi Cupidinis,
et Esquilini pontifex uenefici
impune ut urbem nomine impleris meo?
quid proderit ditasse Paelignas anus
uelociusue miscuisse toxicum?
sed tardiora fata te uotis manent:
ingrata misero uita ducenda est in hoc,

TESTIMONIA.

48 Seru. ad Aen. V 64 Sergius in Donat. p. 1843 Cledonius 1898

VARIA LECTIO.

48 Nouemdialis *Pph.* Nouē dialis *B* Nouendiales *cett. sch.γ* pulueris *B* 50 pactūq; eius *τ* patumeius *χ(αp pr.)* partumeius *π uar.χ(ηιqμ uar.pcorr.vcorr. Pulmanni E)* pactumeius *cett.G V̄* [4 *Bland.*] *Porph. sch.γ* 51 rubors *τι* obserix *πι* 52 Vtc̄q, *B* 53 NEGAT CANIDIAM SIBI RECONCILIARI IDEO (DE EO *Bλ*) QVONIAM EIVS MALEFICIVM (VENEFICIA EIVS *Bλ*) VVLGAVERIT *Bγλ*, *add. γ*: ET IPSAM CANIDIAM INTRODVCIT LOQVENTEM *γ Nullum interuallum est in Fπ* 53 ·uid *γ* 56 Inuitus *πpr.* ut] et *τ* tu ris:] nuri senis *πι* cotitia *Pph. et Porph. i. t.* cotycia *γ* cocytia *BFλ τς cons. Porph. interpr. sch.γ* cocithia *u* co^{h}citya *π* 57 Vulgata *Ω* socrū *τ* sacra *Fπιuχ(βμnpsv)* Liberi *Fritzschius* 58 aesquinili *Fλπχ* ueneficii *λ* uenefitii *u* (ueneficii] *pro* ueneficii *sch.γ*) 59 Inpune *γτu* Īpune *B* inpleris *γ* 60 proderat *Bλι opp. Pph. ς et cf. Senec. Troad.* 494 *'Quid proderit latuisse redituro in manus?' et Petron. c.* 111 *'Quid proderit, inquit, hoc tibi, si soluta inedia fueris?'* dittasse *λ* pęlignas *B* pelignas *cett.* 62 Set *γ* Sed *B χ(αg)* Si *Fλπτuς Pph. Porph. om. χ(h)* teuotis *τι*, *alt. m. mutauit priorem* t *in* d 63 Ingata *τ*

nouis ut usque suppetas doloribus.
optat quietem Pelopis infidi pater,
egens benignae Tantalus semper dapis,
optat Prometheus obligatus aliti,
optat supremo conlocare Sisyphus
in monte saxum; sed uetant leges Iouis.
uoles modo altis desilire turribus,
modo ense pectus Norico recludere,
frustraque uincla gutturi nectes tuo
fastidiosa tristis aegrimonia.
uectabor umeris tunc ego inimicis eques,
meaeque terra cedet insolentiae.
an quae mouere cereas imagines,
ut ipse nosti curiosus, et polo
deripere lunam uocibus possim meis,
possim crematos excitare mortuos
desiderique temperare poculum,
plorem artis in te nil agentis exitus?'

VARIA LECTIO

64 doloribus *Fγπτu* (*G ex sil. Pulm.*) ς *sch.γ* laboribus *Bλ Pph.* cruciatibus *χ*(*μ uar.y*) 65 infidus *uχ*(*v*) *Peerlk.* (*idem se in uiridario Mirandulae p.* 187 infidi *legisse fatetur*) inuidi *B* [infidi 4 ***codd. Cr.***]

66 benigne *γλτψ1* 67 alligatus *y* alite *Fπuχ*(*βδv1*) *et cf. c.* I 6, 2 ('aliti] *uulturio sc. alite uulture sch.γ*) aliti *cett.* [4 ***codd. Cr.***] 68 suppremo *λ* conlocare *Bγπ* collocare *cett.* sysyphus *λ* sysiphus *γ* sisiphus *Fπτu* 69 set *γ1* 70 alitis *B* desilere *B* dissilire *G*

71 gnorico *u* 72 uincula *γ* guttur *B* nectes *Fγu1*ς [2 ***Bland.***] innectes *Bλu2χ*(*αgn*) [2 ***Bland.***] ĩnectus *τ* 74 Vectabo *γ1* humeris *Ω sed* umeris *et* hum: *promiscue Porph. ad h. l.* ęques *φ*

75 cędet *γ* cedat *τpr.* 77 curiosus nosti *B* polo] apollo *u a.ras.* chŏro *Porph.* ('polo] *stellarum choro' sch.γ*) 78 Deripere *B λπpr.ψ2 u2* [3 ***Bland.***] *cons. sch.γ* (*interpr. 'lunam deducere'*) Diripere *Fγτu1Gχ*(*β*) [1 ***Bland.***] *sch.γ alt. l.* possum *ω* 79 Possem *B* Possum *y* possĭm *sch.γ* 80 Desiderii *Fπτu* poculum *Fγπτu λ uar.*ς *Porph. comm.* pocula *Bλψ2 Bentl.* 81 in te nihil *τGχ*(*αδh*) *Pph.* in te nihil *uχ*(*βn*) nihil in te *Fχ*(*μ*) habentis *γGχ*(*δ2μ uar.*) ualentis *π2 Muretus* exitus *Bγλu uar.Gχ*(*βhns1*)*sch.γ* exitum *Fπτuχ*(*αδμ gvs corr.*)*Pph.* exitu *χ*(*p*) [nil agentis exitum 2 ***Bland.*** nil agentis exitus 2 ***Bland.***]

Q̄· HORATII FLACCI · EPODON EXPŁI CARMEN · SECVLARE FELICIT· ꝗ PATRIMI & MATRIME CANTAVERVNT AD CHORV̄ PVEROR̄ PVELLAR̄Q, *B*

Q. HORATII (HOR̄ *ψ*) FLACCI (F*ψ*) EPODON EXPLICIT INCIPIT CARMEN SAECVLARE IN APOLLINĒ ET DIANĀ PROSEVTICE TETRACOLOS *F*

Aτ inscriptionibus carent EPODON EXPLICIT INCIPIT CARMEN SECVLARE *Acr.* Q. HORATII FLACCI EPODON EXPLICIT. INCIPIT CARMEN SECVLARE QVOD PATRIMI ET PATRIME CANTARVNT IN CHORO PVELLARVM ET PVERORVM AD APOLLINEM ET DIANAM PROSEVTICE TETRACOLOS *γ*

Q. HORĀ FLĀC EPODON EXPŁI· VETTIVS AGORI' BASILI' MVORTIVS V̄C ET INŁ EXCŌM DŌM EXCŌNS ŌRD LEGI ET VT POTVI· EM̄DAVI CONFERENTE MIHI MAGISTRO FELICE ORATORE VR̄B ROM̄· INCIP · SCŁARE CARM̄ Q̄D PATRINE CANTAVĒR AD CHORO PVERORVM PVELLARV̄Q· *λ*

Q. Oracii Flacci Epodõ explicit || Veti' Agori' basili' mauci v̄c & ĩ || ł. excom̃ don̄ excõns ord' legi et || ut potui em̃daui. cõferente m̄ || magist° felice oratore urƀ; Incip̄ || Scłare carm̃ Q patne cantaueɾ̃ || ad chorꝯ || puerorꝯ pu || ellar̃q: *g*

Eadem fere subscriptio extat in g et Leidensi et Reginensi; eandemque in A fuisse, sed cum folio illo, quod epod. 16, 27 *usque ad carminis saecularis principium continuit, periisse ueri simile est. Etenim codd. λgq et Leidensis magnam partem ad recensionem AB referendi uidentur; denique etiam sub finem libri tertii A et λ unam eandemque exhibent subscriptionem*

Q. HORATI FLACCI

CARMEN SAECVLARE

Phoebe siluarumque potens Diana,
lucidum caeli decus, o colendi
semper et culti, date quae precamur
  tempore sacro,
quo Sibyllini monuere uersus
uirgines lectas puerosque castos
dis, quibus septem placuere colles,
  dicere carmen.
alme Sol, curru nitido diem qui

TESTIMONIA.

Carmen saeculare et a codicibus manu scriptis et a ueteribus grammaticis post librum epodon ponitur 1—4 praem. 'asmate eo quo scribitur carmen seculare cuius initium' Victorin. de metr. Hor. 2620 1 praem. 'hi versus, qui carmen saeculare appellantur, Sapphicum metrum habent . . .' Diomed. 529 2 cf. Senec. Hippol. 409 sq. de Diana 'o magna siluas inter et lucos dea clarumque caeli sidus et noctis decus' id. Oedip. 404: 'lucidum caeli decus' id. Herc. fur. 592: 'caeli decus'

VARIA LECTIO.

1 ·hoebe *γ* Foebe *A Ac.* Phębe *u* 2 celi *Aλ* 4 tempore prisco *Porph. quae lectio orta est ex c.* IIII 2, 40: tempora priscum *uu.* 5—8 *del. Peerlk.* 5 Quo *πτuφ2χ(αδμnprv Orelli c)* (*inde nata mihi uidetur interpretatio sch.γ* 'Quod] *sc. tempus*'; *corrigendum enim esse puto:* Quo] *sc. tempore*) *comm. Cr.* Quos *Fχ(gμuar.)Acr.* Quod *ABλGV* [4 *Bland.*] *χ(βhsμ corr. Argent. II)* Quod̄ *γ* quo et *Hamacher* sybillini *ψφ2* sibillini *Aγλu* sibellini *τ* sybilli *φ1* 6 letas *λ* laetas *χ(β)* 7 Dis *λ* Dis *π* Diis *γτ*

promis et celas, aliusque et idem
nasceris, possis nihil urbe Roma
  uisere maius.
rite maturos aperire partus
lenis, Ilithyia, tuere matres,
siue tu Lucina probas uocari
  seu Genitalis:
diua, producas subolem, patrumque
prosperes decreta super iugandis
feminis prolisque nouae feraci
  lege marita,
certus undenos decies per annos
orbis ut cantus referatque ludos
ter die claro totiensque grata
  nocte frequentis.
uosque ueraces cecinisse, Parcae,
quod semel dictum est stabilisque rerum
terminus seruet, bona iam peractis
  iungite fata.

TESTIMONIA.

15 Seru. ad ecl. 4, 10 21 Seruii Leidensis ad ecl. 4, 5 26 sq. 'quod—seruet' Seru. ad ecl. 4, 47

VARIA LECTIO.

10 caelas *Fτ* telas *B* 11 posis *τ* nichil *λφu* 14 Ilith: tuere] ylythy ịạcuere *γ* ilithyia *λ* ilithya *π* ilythyia *sch.γ* ilithia *Fu* ilythia *τ* ilethya *B* ylethya *A* 16 Genetyllis *Bentl.* genialis *Peerlk.* *uu.* 17—20 *del.* *Peerlk.* 17 sobolem *γτuGsch.γ* *u.* 20 *ultimus est*
+o
in τ 21 Certe sunt denos *B* Certos *Aλpr.* ut denos *λ* [undenos 4 *Bland.*] 22 cantus] quantus *upr.* 23 totiens *uπcorr.χ(αδ*
fruens
μnrs toties *g*) tociens *γχ(βhpqv)* potiens *Fπι* totidem *ABλχ(Argent. II Pulmanni E Monacens. II Kirchn. nou. quaest. p.* 48) 24 frequen-
+ uates
tis *π* frequentes *cett.* 25 parcę *B* 26 Quosd *γ* Quo *uι* dictum *Fπu2χ(psv)* dicunt *Ac.* dictum est *cett. Pph. sch.γ* dictum stabilis per aeuom *Bentl.* stabile usque *Humacher* habilis *Pph.* 27 seruat *γω Seruii Leidensis Fea* seruet *ΩV* [4 *Bland.*] *sch.γ Bentl.* 28 Iungite iam fata *γ* facta *Pph.*

fertilis frugum pecorisque Tellus
spicea donet Cererem corona;
nutriant fetus et aquae salubres
  et Iouis aurae.
condito mitis placidusque telo
supplices audi pueros, Apollo;
siderum regina bicornis audi,
  Luna, puellas.
Roma si uestrum est opus Iliaeque
litus Etruscum tenuere turmae,
iussa pars mutare lares et urbem
  sospite cursu,
cui per ardentem sine fraude Troiam
castus Aeneas patriae superstes
liberum muniuit iter daturus
  plura relictis:
di, probos mores docili iuuentae,
di, senectuti placidae quietem,
Romulae genti date remque prolemque
  et decus omne;
quaeque uos bobus ueneratur albis

TESTIMONIA.

33 sq. Seru. ad ecl. 5, 66. idem ad Aen. III 138 34 'unde Horatius: condito — Apollo' mythographus III. tract. 8, 16 ap. Mai auct. class. III p. 228 41 'ardentem—Troiam' Seru. ad Aen. I 242 49 'Hor. in carmine saeculari: quaeque—albis' Prisc. VII 82

VARIA LECTIO.

29 peccoris *λ* 30 coronam *γ* 31 faetus *λu* foetus *γπ* 33 tęlo *F* 39 orbem *Pph.* urbes *ABλ* 42 ęnęas *u* supestes *γ* *uu.* 45. 46 *inuerso ordine leguntur in u* 45 Dii *λ* Dii *Au* docilis *y Bentl.* 46 Dii *Aλu* senectutis *γπ1χ(αδr) sch.γ* ('senectutis placide quietem] *et senectutem date περιφραστικῶς quae quiescit quia malorum impatiens est'*) placidam *y Peerlk.* placide *γ* quiętem *F* 47 Romule *λ* rem*q* *λ*, *om.* que *uχ(β)* 49 Queque *γ* Quique *χ(μns2)y* bobus *BuGχ(δμhqrs)* bubus *cett. Ac. Pph.*

clarus Anchisae Venerisque sanguis,
impetret, bellante prior, iacentem
  lenis in hostem.
iam mari terraque manus potentis
Medus Albanasque timet secures;
iam Scythae responsa petunt superbi
  nuper et Indi.
iam Fides et Pax et Honor Pudorque
priscus et neclecta redire Virtus
audet, apparetque beata pleno
  Copia cornu.
augur et fulgente decorus arcu
Phoebus acceptusque nouem Camenis,
qui salutari leuat arte fessos
  corporis artus,
si Palatinas uidet aequos aras,
remque Romanam Latiumque felix
alterum in lustrum meliusque semper
  proroget aeuom.
quaeque Auentinum tenet Algidumque,
quindecim Diana preces uirorum
curat et uotis puerorum amicas
  applicat auris.

VARIA LECTIO.

50 anchise *A* anchysę π_1 51 Inpetret *γ* Imperet *Fλ*$u_1\pi$*p.ras.* *χ Pecrlk., non G* 52 Loenis *λ* Lętus *B* 53 manum potentem *Bentl.* potentis *πχ(μ) Pph.* potentes *Ω* 54 securis *B pr. ut uid.* π_2 55 scithae *ABλu* petunt] ferunt *y* 57 honos *Fλπχ(αδhpr Orelli c Pulmanni AEH)* honor *ABγuGχ(βμgnsv) Ac.* pudos *χ(r uar.)* 58 neglecta *Ω* 62—64. 66 *del. G. Hermannus* [*nou. annal. philol.* XXX, 201.] 62 aceptus *ψ* 63 salutare *B* 65 aequus *Ω* aras *γπGV* [*codd. Bland.*] *χ(gr) sch.γ Porph.λ uar.u uar.* arces *cett. Pph.* 66 lacium *λ* latinã *γ* 68 Prorogat *BV* [4 *Bland.*] *cons. Acr.* Prerogat *Aλ* Proroget *F γπuςsch.γ Pph. Porph. sch.F* ꝑ*.Ac.* euum *u* aeuum *ABγλπ* in aeuum *F* 69 aduentinum *γ* alcidum *Fu* 70 Quindecem *ABλ* 71 Curet *χ(βns*$_2$*v uar.) opp. Porph.* [4 *Bland.*] 72 Applicat *ABλ*$_1u_1$*V* [4 *Bland.*] *Porph.χ* Adplicat *Fγcorr.πAcr.χ(r uar.)* Aplicat *γpr.χ* Applicet $\lambda_2u_2\chi$ *(βμhns*$_2$*v uar.)* Adplicet *γ uar.χ(r)* aures *Fλπ*$_1u$

haec Iouem sentire deosque cunctos
spem bonam certamque domum reporto,
doctus et Phoebi chorus et Dianae
dicere laudes.

VARIA LECTIO.

75 phebi *B* phębi *Au*

EXPLICIT CARMEN SECVLARE FELICITER. AMEN *A* CARMEN SECVLARE EXPLICIT *γ* Q. HORATII FLACCI CARMEN SAECVLARE (SECVLARE *λ*) EXPLICIT *λφ* CARMEN SECVLARE FINIT *ψ*

INDEX DEFECTVVM.

c. I 1	deficiunt	omnino	*γεϱ*		
c. I 2	,,	,,	*γεϱ*		
c. I 3	,,	,,	*Bγεϱ*		
c. I 4	,,	,,	*Bγεϱ*		
e. I 5	,,	,,	*Bγεϱ*		
c. I 6	,,	,,	*Bγεϱ*		
c. I 7	,,	,,	*Bεϱ* ex parte *γ*		
c. I 8	,,	,,	*εϱ*		
c. I 9	,,	,,	*Bεϱ*		
c. I 10	,,	,,	*εϱ*		
c. I 11	,,	,,	*Bεϱ*		
c, I 12	,,	,,	*εϱ*		
c. I 13	,,	,,	*εϱ*		
c. I 14	,,	,,	*εϱ*		
c. I 15	,,	,,	*εϱ*	,,	*B*
c. I 16	,,	,,	*εϱ*	,,	*B*
c. I 17	,,	,,	*εϱ*		
c. I 18	,,	,,	*εϱ*	,,	*γ*
c. I 19	,,	,,	*γε*	,,	*Bϱ*
c. I 20	,,	,,	*γε*		
c. I 21	,,	,,	*γε*		
c. I 22	,,	,,	*γε*		
c. I 23	,,	,,	*ε*	,,	*γ*
c. I 24	,,	,,	*ε*		
c. I 25	,,	,,	*ε*		
c. I 26	,,	,,	*ε*		
c. I 27	,,	,,	*ε*		
c. I 28	deficit	omnino	*ε*		
c. I 29	,,	,,	*ε*		
c. I 30	,,	,,	*ε*		
c. I 31	,,	,,	*ε*		
c. I 32	,,	,,	*ε*		
c. I 33	,,	,,	*Bε*		
c. I 34	,,	,,	*Bε*		
c. I 35	,,	,,	*ε*		
c. I 36	,,	,,	*ε*		
c. I 37	,,	,,	*ε*		
c. I 38	,,	,,	*ε*		
c. II 1	,,	,,	*ε*		
c. II 2	,,	,,	*ε*		
c. II 3	,,	,,	*ε*		
c. II 4	,,	,,	*ε*		
c. II 5	,,	,,	*ε* ex parte *ϱ*		
c. II 6	,,	,,	*εϱ*		
c. II 7	,,	,,	*εϱ*	,,	*B*
c. II 8	,,	,,	*εϱ*		
e. II 9	,,	,,	*εϱ*		
c. II 10	,,	,,	*εϱ*		
c. II 11	,,	,,	*εϱ*		
c. II 12	,,	,,	*εϱ*		
c. II 13	,,	,,	*εϱ*		
c. II 14	,,	,,	*εϱ*		
c. II 15	,,	,,	*εϱ*	,,	*B*
c. II 16	,,	,,	*εϱ*		

c. II 17	defic.	omnino	εϱ		
c. II 18	,,	,,	εϱ	ex parte	*B*
c. II 19	,,	,,	εϱ		
c. II 20	,,	,,	εϱ		
c. III 1	,,	,,	εϱ		
c. III 2	,,	,,	ε	,,	*B*ϱ
c. III 3	,,	,,	*B*ε		
c. III 4	,,	,,	ε	,,	*B*
c. III 5	,,	,,	ε	,,	*B*
c. III 6	,,	,,	ε	,,	*B*
c. III 7	,,	,,	ε		
c. III 8	,,	,,	ε		
c. III 9	,,	,,	ε		
c. III 10	,,	,,	ε	,,	*g*
c. III 11	,,	,,	ε*g*		
c. III 12	,,	,,	ε*g*		
c. III 13	,,	,,	ε*g*		
c. III 14	,,	,,	ε*g*		
c. III 15	,,	,,	ε	,,	*g*
c. III 16	,,	,,	ε		
c. III 17	,,	,,	ε		
c. III 18	,,	,,	ε		
c. III 19	,,	,,	ε		
c. III 20	,,	,,	ε		
c. III 21	,,	,,	ε		
c. III 22	,,	,,	ε	,,	*B*
c. III 23	,,	,,	ε	,,	*B*
c. III 24	,,	,,	ε	,,	*B*
c. III 25	,,	,,	ε		
c. III 26	,,	,,	ε		
c. III 27	,,	,,	ε	,,	τ
c. III 28	,,	,,	ετ		
c. III 29	,,	,,	ετ		
c. III 30	,,	,,	ετ		
c. IIII 1	defic.	omnino	ετ		
c. IIII 2	,,	,,	ετ		
c. IIII 3	,,	,,	*B*ετ		
c. IIII 4	,,	,,	ε	ex parte	τ
c. IIII 5	,,	,,	ε		
c. IIII 9	,,	,,	ε		
c. IIII 7	,,	,,	ε		
c. IIII 8	,,	,,	ε		
c. IIII 6	,,	,,	ε	,,	*B*τ
c. IIII 10	,,	,,	ετ		
c. IIII 11	,,	,,	0	,,	εϑτ
c. IIII 12	,,	,,	ϑ		
c. IIII 13	,,	,,	ϑ	,,	ε
c. IIII 14	,,	,,	εϑ	,,	*B*
c. IIII 15	,,	,,	*B*εϑ		
epod. 1	,,	,,	εϑ	,,	τ
epod. 2	,,	,,	εϑτ	,,	*B*
epod. 3	,,	,,	εϑτ	,,	*B*
epod. 4	,,	,,	εϑτ	,,	ϱ
epod. 5	,,	,,	εϑϱτ		
epod. 6	,,	,,	εϑϱτ		
epod. 7	,,	,,	εϑϱτ		
epod. 8	,,	,,	εϑϱτ		
epod. 9	,,	,,	εϑϱ	,,	*B*τ
epod. 10	,,	,,	εϑϱ	,,	*B*
epod. 11	,,	,,	εϑϱ	,,	*B*
epod. 12	,,	,,	εϑϱ		
epod. 13	,,	,,	εϑϱ		
epod. 14	,,	,,	εϑϱ		
epod. 15	,,	,, *Acr.*	εϑϱ		
epod. 16	,,	,, *Acr.*	εϑϱ	,,	*AB*
epod. 17	,,	,, *Acr.*	*A*εϑϱσ		
C. S.	,,	,,	εϑϱσ	,,	τ

INDEX EORVM COMPENDIORVM

quae in apparatu critico adhibuimus.

// significat, singulas litteras uideri erasas esse

//// , ≡ ... nonnullas litteras uideri erasas esse

:: ... singulas litteras uideri euanuisse

:::, :::: ... nonnullas litteras uideri euanuisse

quas *typis inclinatis* siue *cursiuis* expressimus litteras, eas ab altera manu esse indicauimus, ut pag. 124 ne *h* ere perinde est ac si diceretur: 'ne ere a manu priore, superscripta altero atramento littera h'

1 = a manu priore [prima] (*A*1 *γ*1)

2 = a manu altera (*A*2)

Ω = codices *ABFγελπτυ*

α = codex Barcinonensis [uide praefat. p. XI]

β = codex Bernensis [praef. p. XI]

γ = codex Parisinus [praef. p. X]

δ = collatio Bielkiana [praef. p. XI]

ε = codex Einsiedlensis [praef. p. X]

ϑ = codex Sangallensis [praef. p. XI]

λ = codex Parisinus [praef. p. X]

μ = codex Montepessulanus [praef. p. XI]

π = codex Parisinus [praef. p. X]

ϱ = codex Parisinus [praef. p. XI]

σ = codex Sangallensis [praef. p. XII]

τ = codex Turicensis [praef. p. X]

φ = codex Parisinus [praef. p. X]

χ = aut singuli aut nonnulli ex codicibus *αβδϑμϱσghknpsv* (*qr Argentoratensis II*) [praef. p. XI. XII]

ψ = codex Parisinus [praef. p. X]

ω = editionum ante Cruquium aut singulae aut nonnullae

ς = codicum *αβδϑμϱσghknpsv* (*qr Argentoratensis II*) aut maior pars aut omnes

A = codex Parisinus [praef. VIIII]

a. = ante (a. corr., a. ras.)

Ac. = lemmata scholiorum codicis *A*

Acr. = interpretationes uel textus scholiorum codicis *A*

Acr. I = horum scholiorum auctoris lectiones pristinae siue non interpolatae

add. = addit, addunt, addidit, addiderunt

alt. l. = altero loco

alt. m. = altera manus

B = codex Bernensis [praef. X]

Bland. = codex Blandinius, codices Blandinii

c. = carmen (c. I 12)

c. = commentarius (i. c.)

comm. = commentarius (i. comm.)

comm. Cr., *comm.* = commentator Cruquianus

cons. = consentit, consentiunt, consentiente, consentientibus

corr. = correctura, correxit

Cr. = Cruquius

D. = Danielis

del. = delet, delebat, delent, delebant

exp. metr. = expositio metrica siue tractatus de metris Horatianis qui extat in codice *γ*

F = codex archetypus librorum *φ* et *ψ* [praef. X]

G = codex Gemblacensis [praef. XI]

G. = Gaisfordus

g = codex Gothanus [praef. XII]

h = codex Parisinus [praef. XII]

h. = hic, hoc, hunc (h. l., ad h. l.)

i. = in (i. c., i. t.)

k = codex Parisinus [praef. XII]

l. = locus (h. l., ad h. l.)

m. = manus

n = codex Parisinus [praef. XII]
n. l. = non liquet
om. = omisit, omiserunt
opp. = opposito, oppositis, i. e. dissentientibus
p = codex Parisinus [praef. XII]
p. = post, per (p. corr., p. ras.), pagina
Porph. = interpretationes uel textus Porphyrionis Monacensis [praef. XIII]
Porph I. = Porphyrionis lectiones pristinae siue non interpolatae
Pph. = lemmata codicis Monacensis
pr. = prior, prius
q = codex Parisinus [praef. XII]
r = codex Parisinus [praef. XII]
r., *ras.* = rasura (a. r., p. r.)
s = codex Parisinus [praef. XII]
sch. = scholion
sil. = silentium
t. = textus (i. t.)
V = lectiones eae, quas in codice Blandinio uetustissimo olim fuisse ex Cruquii adnotationibus concludi posse uideatur
'*V*' = eiusdem codicis lectiones eae, quas ibi a se inuentas esse plane ac diserte Cruquius adfirmat
u = codex Parisinus [praef. XI]
v = codex Parisinus [praef. XII]
u., *uu.* = uersus
uar., *uar. l.* = uaria lectio
uid. = uidetur (ut uid.)
y = codicum aliorum atque *Ως* aut singuli aut nonnulli

INDEX VERBORVM

CONFECTVS AB ALFREDO HOLDERO.

† significat uarias lectiones notabiliores in contextum non receptas.
* significat coniecturas in contextum receptas.

A.

C.

F.

G.

H.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

V.

X.

Z.

CORRIGENDA ET ADDENDA

Simul atque hoc uolumen prelo exiit, Ferdinandi Haugi amicissimi opera adiuti expectatione plura repperimus errata; praeterea de nonnullis locis iam aliter ac proximo anno me sentire, tacere nolui; denique codicis Argentoratensis uetustissimi lectiones memorabiliores adicere in rem esse arbitrabamur.

c. I 3, 1 testim. leg. ad Ter. ad. II pro ad Ter. ad II c. I 3, 37 nunc praetulerim ardui est c. I 4, 1 leg. hiemps pro hiems c. I 4, 8 nunc praefero urit c. I 4, 9 leg. impedire pro inpedire c. I 6, 11 leg. laudes pro laudis c. I 7, 7. adnotat. crit. leg. decerptam fronti pro decerptam frondi c. I 7, 8 nunc praetulerim honorem c. I 7, 32 testim. excidit numerus uersus c. I 8, 6 leg. aequales pro aequalis c. I 16, 5 leg. adytis pro adyti c. I 16, 28 leg. obprobriis pro opprobriis c. I 17, 14 lectioni hinc haud scio an praeferendum erat hic c. I 17, 14 adnot. crit. *pr*educta π cum ad u. 17 pertineat, huc inrepsit c. I 21, 14 adnot. crit. leg. u pro u. c. I 22, 1 testim. leg. Acron uolgatus pro Acr. c. I 33, 2 adnot. crit. leg. rell. pro Ω c. II 2, 18 leg. beatorum pro beatorums c. II 8, 2 nunc praetulerim Varine cf. mus. Rhen. 1864 p. 212 c. II 10, 9 leg. Hildebertus p. 992 pro Hildebertus l. c. c. II 13, 4 leg. obprobrium pro opprobrium, item c. III 24, 42 c. II 13, 38 adnot. crit. post sch.γ add. codd. Cruquii c. II 18, 2 testim. leg. non pro nou c. III 3, 7 nunc praetulerim inlabatur cf. c. IIII 5, 56 c. III 3, 52 adnot. crit. leg. dextera pro dextera c. III 4, 38 utrum lectio addidit uerior sit an abdidit, id prorsus nescio c. III 4, 69—72 adnot. crit. ante Hauptius add. Buttmannus Peerlk. Meinekius c. III 5, 49 adnot. crit. leg. $\overset{1}{\text{q}}$f pro qf c. III 7, 4 adnot. crit. post Diuae excidit punctum c. III 19, 19 adnot.

crit. del. uu. 19 — Peerlk. c. III 23, 19 adnot. crit. post 1 Bland. add. Ac. Acr. et sch.γ c. III 28, 7 adnot. crit. leg. V pro 'V' c. IIII 6, 14 adnot. crit. Sed — Schwerdtius ad u. 17 pertinent c. IIII 6, 21 adnot. crit. leg. item pro tem c. IIII 8, 5 adnot. crit. leg. 6 pro 5 c. IIII 9, 42 adnot. crit. leg. 45 pro 55 c. IIII 11, 5 excidit numerus uersus c. IIII 11, 20 adnot. crit. leg. Ordinat euan. ε pro Ordinat ε c. IIII 11, 35 adnot. crit. excidit numerus uersus c. IIII 13, 28 adnot. crit. leg. 184 B pro 184 c. IIII 14, 46 leg. Hister pro Ister c. IIII 15, 25 adnot. crit. leg. prius et pro et epod. 2, 5 adnot. crit. leg. neque pro naque; ibidem post ϱ excidit) epod. 2, 40 adnot. crit. excidit numerus uersus epod. 2, 43 adnot. crit. leg. 43 pro 42 epod. 6, 14 adnot. crit. leg. [bupalo pro bupa lo epod. 7, 5 testim. leg. cf. pro f. epod. 16, 12 adnot. crit. leg. ab alt. m. pro ab. alt. m. epod. 16, 33 adnot. crit. add. numerus uersus p. 212 supra contextum leg. 16 pro 16—17 et p. 219 leg. 16—17 pro 17 et p. 222 del. 17 post HORATI EPODON

ACCEDVNT

ARGENTORATENSIS PRIMI = D
(saec. VIIII—X)

LECTIONES MEMORABILIORES

I

I 1, 1—I 2, 1 *deficit D*

I 2, 31 candentis *D*
I 3, 37 ardui est *D*
I 4, 8 uisit *in ras., in margine* urit D
I 6, 7 duplicis *D*
I 7, 2 ephesum *D*
I 7, 9 dicet *D*
I 7, 13 tiburni *D*
I 7, 14 pomaria *D*
I 7, 15 deterget *D*
I 7, 17 Perpetuos *D*
I 7, 27 teucro *D pr.* teucri *D corr. ead. m.*
I 8, 2 Hoc ... *oro D*
I 8, 6 equitæt *D*
I 8, 7 Temperet *D*
I 11, 5 Quae *D*
I 12, 13 parent*is D*
I 12, 15 et terras *D*

I 12, 31 qu*ia D*, quod *Dıτ*
I 12, 57 laetum *Dτ*
I 13, 6 manent *Dτ*
I 13, 13 audies *Dτ*
I 14, 8 Possint *Dτ*
I 15, 2 helenen *Dτ*
I 15, 20 Crines *Dτ*
I 15, 22 Gentis *Dτ*
I 15, 24 Teucer & stenelus *Dτ*
I 16, 8 Sic *Dτ*
I 17, 8 colubras *Dτ*
I 17, 14 hic *Dτ*
I 18, 7 Ac *Dτ*
I 18, 15 Ettollens *Dτ*
I 19, 11 Et uersis *Dτ*
I 20, 10 Tu bibes *Dτ*
I 21, 5 coma// *D* (comā *τ*)
I 21, 14 in *om. Dτ*

I 22, 2 mauris *Dτ*
I 22, 11 expeditis *Dτ*
I 23, 1 Vitat *Dτ*
I 24, 13 Quid si *Dτ*
I 24, 15 Num *Dτ*
I 25, 5 facilis *Dτ*
I 26, 9 Piplea *Dτ*
I 27, 13 uoluntas *D*ıτ
I 28, 3 latum *Dτ*
I 28, 15 mors *Dτ*
I 28, 31 forset *Dτ*

I 29, 2—I 31, 15 *deficit D*

I 31, 18 at *Dτ*
I 32, 1 Poscimus *Dτ*
I 35, 17 serua *Dτ*
I 35, 19 aena *Dτ*
I 35, 34 dura *om. Dτ*

II

II 1, 28 Rettulit *Dτ*
II 2, 5 Viuet *Dτ*
II 2, 7 aget *Dτ*
II 2, 18 plebis *D a. ras. τ*
II 3, 11 qđ *D a. ras.*, q̊ *D p. ras. et corr.* (qd τ)
II 3, 13 breuis *Dτ*
II 4, 6 tecmessae *Dτ*
II 4, 18 delectā *Dτ*
I 5, 13 sequitur *Dτ*
II 6, 19 Fertili bacho minimum *Dτ*
II 8, 2 barine *Dτ*
II 9, 11 decedunt] cedunt *Dτ*
II 10, 18 cythara *Dτ*
II 11, 24 comas *Dτ*
II 12, 13 dulcis *Dτ*
II 12, 28 occupet *Dτ*
II 13, 8 colcha *Dτ*
II 13, 23 descriptas *Dτ*
II 13, 28 Dura fugae · mala dura belli *Dτ*
II 13, 38 laborem *Dτ*
II 13, 40 timidos *D* (timidas δτ)
II 14, 5 tricenis *Dτ*
II 14, 18 Cocytos *Dτ*
II 14, 20 Sisyphus *Dτ*
II 15 *non continuatur carmini II 14 ut in cod. τ, sed in D haec inscriptio extat:* HAEC DE P̄SENTIS TEMPORIS LVXVRIA DICIT.
II 16, 34 sq. hinni
Tum apta *Dτ*
II 17, 25 cū *Dτ*
II 18, 8 purpuras clientes *in ras. D*
II 18, 25 Limites *Dτ*
II 18, 30 fine *Dτ*
II 20, 12 umeros *D*
II 20, 13 nocior icaro *Dτ*

III

III 1, 43 Delinit usus nec falernę *Dτ*
III 1, 44 Vites *Dτ*
III 2, 27 Vulgauit archanae subistem *Dτ*ı
III 2, 29 phaselon *Dτ*
III 2, 31 VERSVS VLTIMVS